Cyaneæ tres, inuicem deiunctæ, in
*Iacob. Hericourt.* areola eiuſdem metalli, ſunt IVPLEA-
VIORVM in Belgio.



Totidem aureæ, in valuulo puniceo,
cum interiecta inſtita argenteola,
*Andreas de Ryet. in teſſer. Nobil. M.S.* ſunt VVIDEQVIORVM in Gallia.



Tres perinde aureæ, in balteo læuo
atro impreſſæ, ſupra ſcuti paginam
*VVappenbuch.* argenteolam, ſunt DVNGELIORVM in
VVeſtphalia.



Totidem rurſus, ſed argenteæ, circa
aureum cantherium, in veneti lu-
minis areola, ſunt BELLEFONTIAE fa- *Marc. Gilbertus.*
miliæ in Gallia.



Quaternę argenteolę, inſtar faſciæ,
in miniata parmula, ſunt AVBENYO- *Vincentius Angl.*
RVM in Regno magnæ Britanniæ.



Quinæ aureæ, loco faſciæ, cum oſtro
ſupernè, infernè autem cum ſabulo,
ſunt familiæ PROMONTORIAE Genuæ. *Auguſt. Franſon.*



Toti-

Totidem puniceæ, in argenteo ſcuti alueolo, ſed cum quadrifida ſupernè laciniola, coloris atri, ſunt *Marc. Gilbertus.* Blotiae Chavignyae gentis in Gallia.



Quinque iterum, ſed furui luminis omnes, iunctæq. in modum baltei, *Auguſtin. Franſon. in teſſeris gentilit. Nobil. Gen.* in lutea ſcuti areola, ſunt Nigroniorvm Genuæ.



Totidem eodem poſitu, ſed aureæ, in muricata parmula, cum limbo *Marcus Gilbert.* item aureo, ſunt Bretoniereorvm VVartiorvm in Gallia.

Sex oxygoniæ teſſerulæ, ita omnes in balteum diſpoſitæ aureæque,



Vel in area omnino punicea, ſunt Bonizziorvm Florentiæ. *Vincent. Borghin. de famil. Florent.*



Vel in eadem area, infernè tantùm punicea, & ſupernè argentea, ſunt Metzrodiorvm in Saxonia. *VVappenbuch.*



Totidem, ſed cyaneæ, & quæ pariter balteum referunt, in crocei luminis alueolo, ſunt Foscariniorvm *M. S. ex Muſæis Romanis.* Venetijs.



At inſtar pali teſſerarij, ſex plinthides aureæ, cum dextero ſemiſſe atro, & cum læuo ſemiſſe puniceo, ſunt LEVANTIORVM Genuæ.

*Auguſt. Franſon.*



*De gueulles au pal d'or accoſté de ſix loſange de meſme miſes en pal.*

Totidem autem, diſtributę in palos geminos, aureæque, circa palum ſolidum eiuſdem metalli, in conchyliata parmula, ſunt MORTAGNEORVM in Gallia.

*Marc. Gilbertus.*



Sex item puniceæ, ſed inſtar duarum faſciolarum diſpoſitę, in valuulo ſcuti argenteolo, ſunt MANSFELDIORVM in Imperio.

*Io. Iacob. Chifflet.*



Septenæ puniceæ, loco baltei læui, in aureo ſcuti laterculo, ſunt BARDORVM Florentiæ.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*

Septenæ cuſpidatæ teſſerulæ, loco duarum item faſciolarum, & quaternæ quidem in ſupera, in ima regione autem ternæ;



Vel puniceæ, in ſolo ſcuti aureo, ſunt VERNENBVRGIORVM in Gallia.

*I. Iacob. Chifflet.*

Vel



Vel atræ, in ſolo eiuſdem metalli, ſunt RVTTENBERGIORVM in Brunſvvigia.

*VVappenbuch, ſeu lib. teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Octonæ inuicem nexæ, in modum ſeu faſciæ integræ, ſeu faſciæ mediæ, atque omnes argenteæ, in rubenti parmula, ſunt BLANCKENSTEINERORVM in Sileſia.

*Idem.*



Nouenæ, triplici ductu ordinatæ, in modum faſciæ, auro litæ, in alueolo coloris atri, ſunt MALINORVM AB VLMEN ad Rhenum.

*Idem.*



Puniceæ autem, in ſcuti valuulo argenteolo, ſunt ROCHEBEAVCOVRTIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Poſtremò denæ ſcutulæ acutangulæ, inſtar triū palorū, ex quibus palus medius ſit vna ſcutula productior,



Nunc aureæ, in alueolo luminis veneti, ſunt FORVIERORVM in Belgio.

*Iacob. Hericourt.*



Nunc

Nunc aureæ iterum, in parmula cinnabari expicta, ſunt CROISILLEORVM in Arteſia. *Marcus Gilbert.*



Nunc argenteæ, in adſimili areola, ſunt LALAINEORVM in Belgio. *Adrian Morliere in libro Antiquitatum Ambiani.*



Nunc iterum argenteæ, in pullata ſcuti pagina, ſunt ESNEORVM in Gallia. *Idem.*



Nunc puniceę, in aureo ſcuti valuulo, ſunt CANNYORVM in Belgio. *Io. Scohier in genealogia Croyæ familiæ.*



Nunc cyaneæ, aut in parmula auro conſtrata, ſunt CLASTRESIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Aut in argentata eadem parmula, ſunt CAVDEBROVNEORVM pariter in Gallia. *Idem.*



Ad hæc balteus ſiniſter, iuſti modi, ſerie triplici harum teſſerularum, ex ſabulo atque argento impreſſus, in huius metalli area, eſt KREFVVIT-

ZIO-

ZIORVM in Miſnia.

Sunt etiam hæ ſcutulæ cuſpidatæ in vno tantùm ſemiſſe;



Vti aureæ furuæque, in ſemiſſe ſupero, parmulæ ab angulo læuo diremptæ, atque atramento perfuſæ in altero ſemiſſe: hæ autem ſunt PROSINGIORVM in Imperio.

*VVappenbuch. ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



In dextero autem ſemiſſe atro, plinthides argenteolæ, quadruplici ſerie, cum interiecta inſtita aureola, & ſemiſſe læuo eiuſdem metalli, ſunt VVINTEREORVM in Haſſia.

*Idem.*



Vel variata etiam vtriuſque impreſſionis regione.

Sunt præterea hæ teſſerariæ plinthides interdum, aut in ſola ſcutaria coronide,



Vti luteæ ac cyaneæ, in ſcuti valuulo cetera luteo; quæ eſt icon gentilitia familię ANTINORAE Florentiæ.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Aut in eiuſdem ſcuti valuulo ipſo, ſola ea coronide ſcutaria excepta; vti

vti argenteę cyaneęque, cum oſtro ſupernè, in ſtemmate familiæ De novvis in Belgio.

*Iacob. Héricourt. in ſpeculo nobilit. Hasbanicæ.*

Ceterùm hi rhombi teſſerarij, quando ſcuti ſymbolici vniuerſam paginam replent, aut inſtar faſciarum ſunt erecti; aut proni & obliqui, more balteorum, Sunt verò primi generis.

*Loſangè en fache.*



Aut rhombi aurei & punicei Biamontiorvm & Graoniorvm in Belgio, & ibidem Diepenbvchiorvm.

*Io. Iacob. Chifflet.*
*Io. Scohier.*
*Iacob. Hëricourt.*



Aut aurei & cyanei: ſunt autem Eliseorvm Florentiæ.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*



Aut aurei & furui; ac ſunt Herckiorvm in Belgio.

*Iacob. Hëricourt. in ſpeculo nobilitatis Hasbanicæ.*



Aut argentei & punicei; ac ſunt familię Alatrae in Regno Parthenopæo; familiæ Appianae in Ethruria; & familiæ Grimaldae in Liguria.

*Andreas de Ryes in teſſeris Nobilium M.S.*
*M. S. ex Muſæis Romanis.*
*Auguſtin. Franſon. in teſſer. gentilit. Nobil. Gen.*



Aut argentei & cyanei; & ſunt familiæ Allvcingolae Lucæ in Ethruria; Romæ autem familiæ Castellanae.

*Alphōſ. Ciaccon. in Vita, & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*

Hi deinde rhombi ſcutarij alterius gene-

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

generis; hoc eſt proni, & obliqui, ſeu in modum baltei.

*Loſangé en bande*



*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Ex auro atq; oſtro, ſunt KVNIGSECKORVM in Imperio.



*Io. Iacob. Chifflet.*

Ex argento & cyano, ſunt BAVARIAE PROCERVM in Imperio.



*VVappenbuch.*

Et cum læuo balteo puniceo, eis adpicto, ſunt LOGAVVIORVM in Sileſia.



*Marcus Gilbert.*

Atque adeo ex auro & cyano, cum ſcutario vertice puniceo, ſunt RAIMVNDORVM in Gallia.

Hactenus teſſerulas recenſuimus integras & ſolidas; ſupereſt, vt adijciamus eis alias, nunc anguloſo, & nunc tereti foramine adapertas.

Sunt primi generis rhombi tres teſſerarij, in puniceo ſcuti alueolo,

*Gallicè de gueules, a trois macles d'or.*



*Idem.*

Aut ex metallo aureo, in gētili ſchemate MONCAVBELIORVM in Gallia:



Marc. Gilbertus: Aut ex metallo argenteo, in ſtemmate PVYBASGLEORVM, PVIDVFVORVM, & KERMENIORVM item in Gallia.



Adrian. Morliere. Iacob. Hericourtius in ſpeculo nobilitatis Hasban.

Tres perinde argenteoli, ſed in area coloris praſini: ſunt BERGIORVM, & BOVIERSEMIORVM in Belgio.



Marcus Gilbert.

Totidem punicei, in argentei luminis parmula, ſunt ROLLANCOVATIORVM in Gallia.



Sabulei totidem, circa puniceum cantherium, impreſsum in parmula eiuſdem metalli argenteoli, ſunt CROCIORVM pariter in Gallia. Idem.

At ſcutariæ plinthides ſex eiuſdem figurationis,



D'azur à ſix macles d'or. 3.2.1.

Nunc aureę, in ſcuti valuulo cyaneo, ſunt DOVESSYORVM in Gallia. Marcus Gilbert.



Nunc argenteæ, in conchyliato ſcuti laterculo, ſunt LEVALLEORVM ibidem. Marcus Gilbert.



Nunc

Nunc cyaneæ, in ſolo parmulæ argenteolo, ſunt Vayrieorvm.

*Marcus Gilbert.*

Septenæ autem huiuſmodi teſſerariæ plinthides aureæque.

*De gueulles à ſept macles d'or. 3.3.1.*



Nunc in parmula oſtro illuſa, ſunt Qvincyorvm Vinceſtriæ Comitum, in Regno Magnæ Britanniæ.

*Marcus Gilbert.*



Nũc in parmula coloris veneti, ſunt Kercadiae, ac Portenoviae familiæ in Gallia.

*Idem.*

Totidem argenteæ,



Vel in parmula coccinea, ſunt Molaciorvm in Gallia.

*Idem.*



Vel in parmula cærulea, ſunt Riovlorvm ibidem.

*Idem.*



Vel in parmula etiam atra, ſunt ibidem Arradoniorvm.

*Idem.*



Totidem rursùs, ſed ſapphirini coloris, in aurata parmula, ſunt in Gallia Pledraniorvm.

*Idem.*

*D'or à ſept macles d'azur 3.1.3.*



Sed eaſdem numero, colore, ac areæ metallo, PLESSII BVDESII diſponunt aliter, ternaſque in ſummo apice, totidem in ima cuſpide, vnam in vmbilico areæ ipſius collocant.

*Marcus Gilbert.*

Ad hæc ſymbolicas plinthides aureas, numero denas aureaſq; in mu-

*De gueulles à dix macles d'or 3.3.3.1.*



ricata quidem parmula; gerunt pro icone gentilitia, ROHANII in Gallia:

*Marcus Gilbert.*



*Idem.*

In parmula verò cyanea, BRVGETII in Regno Magnæ Britanniæ.

*De gueulles à treize macles d'or. 4.4.4.1.*



Tres demum ac denas, & omnes aureas, in valuulo ſcuti puniceo, TIGNONVILLEI habent in Gallia.

*Marc. Gilbert.*

Secundi generis rhombi teſſerarij, nempe in orbem pertuſi, rariores obueniēt, in his gentilitijs parmulis.

*De ſable à trois ruſtres d'or.*



Tres aureos, in pullo ſcuti alueolo, gerunt pro teſſera SOVVNERETII AB ESSENAVIO in Belgio.

*Iacob. Heritout.*



Toti-

Totidem argenteos, in muricata
parmula, ijdem A SCHESNAYE; *Iacob. Hericourt.*



Et cyaneos, cum interiecta inſtita punicea, in valuulo ſcuti aureo, habent ijdem AB AAVAILLE, pariter in Belgio. *Idem.*

*De teſſerarijs laterculis. Cap. XLI.*

QVADRANGVLI, & longi magis, quàm lati ſcutarij lateres, etiam ipſi exſtruunt familiarum nobilium gloriam; atque ædificant, ſeu exornant ſymbolicas icones earum.

Equidem rariùs reperi hos lateres gentilitios, inuicem iunctos: cuiuſmodi ſunt, aut ſeni punicei, in area



metalli argenteoli: quod eſt ſtemma ROHREORVM in Sileſia. *Wappenbuch.*



Aut octoni atri, totidem argenteoli, intra parmulam BADENIORVM in Alſatia. *Idem.*



Aut vndeni argenteoli, ex angulo dextero imo, inſtar muri abrupti extantes, in area coloris atri; quod ſchema gentilitium eſt KLAMMENSTEINIORVM in Bauaria. *Idem.*

Alioquin frequentiùs hi laterculi teſſerarij exarantur ſeiuncti.



*D'or, à trois billettes de gueulles.*

Vt

*VVappenbuch.*

Vt terni punicei, in aurata parmula FRANKENBERGIORVM in Sileſia.



*VVappenbuch.*

Totidem argentei, in area ſcuti coccinea; ſed quorum duo ſunt inſtar vtriuſque baltei, tertius inſtar pali; ſunt autem SCHINDELIORVM pariter in Sileſia.



*Idem.*

Quaterni punicei, in valuulo argenteolo, ac bini in ſupera, totidem in ima regione, ſunt STOLTZENIORVM item in Sileſia.

*D' or à quatre billettes posèes en croix d'azur.*



Totidem cyanei, ſed in crucem traiecti, intra parmulam auream; ſunt SAINCT-PRIETIAE familiæ in Gallia. *Marcus Gilbert.*

*D'azur à ſix billettes d'or. 3.2.1*



Seni aurei laterculi, in veneti luminis areola, ſunt familiæ PETRAMALAE Aretij in Ethruria.

*Alphõſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*

*D'azur à dix billettes d'or. 4.3.2.1.*



Deni eiuſdem metalli, in eiuſdem coloris area, ſunt CONANI RABESTANII in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Totidem argentei, eodem modo com-

compoſiti, in muricata parmula, ſunt Taloetii Kerservantii pariter in Gallia.

*Marc. Gilbertus.*

*D' argent à dix billettes de gueules, 3.2.3...*



Totidem punicei, in argenteo ſcuti alueolo, & aliter diſperſi, ſunt Lospieorvm perinde in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Vndeni argenteoli, in ſapphirina ſcuti areola, ſunt Beavmanoirorvm item in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*D' azur à ſiize billettes d' or. 4.3.4.3.2.*



Sex ac deni aureoli, in area rurſus ſapphirini coloris, ſunt Covrtnaeorvm in Gallia.

*Andreas de Ryet in teſſeris Nobilium M.S.*

*D' azur ſemè de billettes d'or.*



Ad hæc aurei laterculi, abſque numero ſati, in ſolo ſcuti cæruleo, ſunt Perierorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*D'or billettè de gueulles.*



Aut punicei, in aurata parmula, ſunt familiæ Sainctmartinae in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Sunt etiam interdum hi ſcutarij lateres, aut intra inſtitas ipſas, aut circa eaſdem.



Vti

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Vti punicei tres, in faſcia metalli argenteoli, ſupra ſcuti valuulum cyaneum; ſunt autem HEINBVRGKORVM in Saxonia.

*De gueulles à la bande d'or, acoſtee de ſix billettes de meſme, trois en chef, trois en pointe.*



Octoni laterculi teſſerarij aureique, iuxta balteum aureum, in parmula nigella, ſunt MONTOTIORVM in Gallia. *Idem.*



*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobil. Galliæ.*

Sex aurei, circa eiuſdem metalli balteum, in parmula conchyliata, ſunt SAVEVSEORVM in Gallia.

*Quattre en chef, trois en pointe.*



Deni aurei, circa palum argenteum, in ſcuti area rubenti, ſunt HOHENECKIORVM ad Rhenum. *VVappenbuch.*



Septem item aurei; circa balteum perinde aureum, in veneti luminis areola, ſunt MANDREORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Totidem argentei, ſed circa balteum eiuſdem metalli, in cæſio ſcuti alueolo, ſunt OGVEILLERORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Toti-

Totidem punicei, circa concolorem balteum, in parmula auro conſtrata, ſunt HAROVELIORVM item in Gallia.

*Marc. Gilbert.*

Deinde laterculi ſine numero,

*D' azur à la bande d'or, l' eſcu billettè de meſme*



Aut aurei, circa huius metalli balteum, in parmula coloris veneti, ſunt CHATELVSIORVM in Burgundia.

*Marcus Gilbert.*

*D'or a vne bãde d'azur l'eſcu billette de gueulles.*



Aut punicei, circa cyaneum balteum, in aureo ſcuti alueolo, ſunt MARBEVFIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Cum verò erecti, & quaſi gradiles vt plurimùm hi laterculi teſſerarij pingantur; iacentes præterea, & ſeſſiles quandoque inueniuntur:



Vti tres ac deni atri, circa puniceam tæniam, in aruo ſcuti argenteolo: atque hi ſunt CRATZENIORVM A SCHARFENSTEIN ad Rhenum.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Ceterùm parmulæ aliæ gentilitiæ, laterculis teſſerarijs refertæ, exarabuntur etiam alibi à nobis; cum aut cruces ſymbolicas, aut leones gentilitios ſuo loco referemus.

### *De fuſis teſſerarijs. Cap. XLI.*

CONSERTVS ordo gentilium typorũ iam dabitur, qui à Fecialibus fuſi appellari ſolent: quia horum ſimilitudinem quamdam prǫſeferunt, & pleniores tumidioresque in medio, exiliores autem in ſummo atque imo loco figurantur.

*D' azur à trois fuſces d'or miſes en pal, ou en faſche.*



Vti aurei fuſi teſſerarij tres, in cæſia
*Marc. Gilbertus.* ſcuti areola; & ſunt Bovtillerorvm
in Gallia.



Argentei tres, in valuulo ſcuti atro,
*VVappenbuch.* ſunt Eckeriorvm in Bauaria.



Punicei tres, in parmula metalli ar-
genteoli, ſabulo prætextata, ſunt fa-
*Marcus Gilbert.* miliæ Montacvtae, in Regno ma-
gnæ Britanniæ.



Totidem atri, in eiuſdem metalli

areola, ſunt Ceryorvm, & Talansa- *Marcus Gilbert.*
ciorvm in Gallia.
Tres item, & præterea duo dimidij;

*A trois fuſees & deux demies.*



Seu coccinei, in aurata parmula,
ſunt Gvenandiorvm in Gallia, *Idem.*



Seu atri, in parmula argento lita,
cum vertice ſcutario perinde atro,
ſunt familiæ Sanctae Marthae item *Marcus Gilbert.*
in Gallia.



Quaterni fuſi argenteoli, in parmu-
la

la oſtro illuſa, ſunt DAVBIGNEORVM *Marcus Gilbert.*
in Gallia.



*A cinque fuſees miſes en pal, ou enfache*

At quini fuſi ſcutarij aureique, in veneti coloris alueolo, fuerunt BERTRICI COMITIS PARISIORVM.
*Philibert. Monet. in praxi rei teſſ.*
Totidem argentei;



Siue in conchyliato ſcuti ſolo, ſunt RIAVVESIORVM in Belgio, & IAILLEORVM in Gallia;
*Iacob. Hĕricourt.*
*Marcus Gilbert.*



Siue in ſcuti ſolo ſapphirino, ſunt

SENNETAIREORVM pariter in Gallia. *Marcus Gilbert.*
Punicei totidem,



Nunc in aureo ſcuti laterculo, ſunt PAYNESIORVM in Belgio. *Iacob. Hĕricourt.*



Nunc in laterculo ſcuti argenteo, ſunt BARBESIERSEORVM, & BOVTEVILLEORVM in Gallia; in Belgio autem HAMALLEORVM.
*Marcus Gilbert.*
*Iacob. Hĕricourt.*



Totidem rurſùs, ſed coloris atri, in aureo parmulæ alueolo, ſunt LER-

*VVappenbuch ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

BINGENIORVM in Bauaria.

*A cinque fuſees, & deux demies.*



Quini pariter, ſed duo dimidij præterea, cinnabari omnes expicti, in argentea ſcuti pagina, ſunt PEQVIERESIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Seni eiuſdem coloris, in adſimili area, cum tigillo atro ſexies guttato ſupernè, ſunt CHAVVIGNYORVM in Gallia.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobiliũ G[illegible]*

*A la faſche fuſelè d'argent, & de gueulles de deux traiſts.*



Duplici autem ſerie, in modum faſciæ geminatæ, contexti fuſi teſſerarij, ex argento atque oſtro, ſunt BEGIORVM in Gallia.

Sed conſeruntur interdum etiam in modum baltei: *Inſignia auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*

*A cinque fuſees peries en bande.*



Vt quini fuſi teſſerarij argenteique, in muricata parmula, & ſunt FILLETIORVM in Gallia. *Eadem.*

*A ſept fuſees paſſees, ou miſes en bande.*



Septem aurei, in ſcuti valuulo atro, ſunt familiæ PLESSIAE CHESNALIAE item in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Toti-

Totidem punicei, in ſolo ſcuti argenteolo, ſunt BELLAYORVM, & CAVRELIORVM pariter in Gallia.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum Nobilium Galliæ.*

Porrò ex fuſis balteos habent alij etiam, quos refert Marcus Gilbertus Deuarennius; ſed quia numerus fuſorum non exprimitur, neceſſe habeo iam illos, erroris metu, prætei̇rire.

*Adrian. Morliers in libro Antiquitatum Ambiani.*

Non omiſerim tamen, ex eiuſdem Scriptoris ſententia; parmulis teſſellatis, campum & aciem belli repræſentari, iuxta illud Poëtæ non inelegantis:

*Ludimus effigies belli, ſimulataq; veris*
*Prælia, buxo acies fictas.*

Rhombos deinde ſeu plinthides ad Heroinarum famam & commendationem ſpectare; quemadmodum & fuſos: quaſi ex ingenio & opificio muliebri petantur. Atque adeo ſcutarios laterculos, referri debere ad lateritias & antiquas domos, olim videlicet Nobilium: quia vulgus & infimæ ſortis homines, intra humiles caſas, vel antra inhabitarunt.

Sed in noſtra tamen ſententia, ſcutulatæ veſtes hos typos teſſerarios omnes comprehendunt; vti alibi expoſuimus.

## *De Nummis Bizantinis. Cap. XLII.*

FECIALES appellant nummos Bizantij, typos teſſerarios, impreſſos ea figuratione; vt monetam orbe ac metallo referant. Sunt autem, qui putent, ijs notari ſtipendia Heroum, in expeditionibus ſacris. Alij pertinere arbitrantur, aut ad ærarij ſupremos Præſides, ſeu Regios Quæſtores: aut ad Summos Dynaſtas, qui monetam propriam cudendi ius ac poteſtatem habuerint. Ego ſimilitudinem in eis agnoſco lati claui, ex auro argentoue, in veſtibus eorum, qui fuerunt ex primario magiſtratu. Siquidem ex alterutro fiunt metallo ſemper nummi Bizantini, in arte rei teſſerariæ: ſicut fiunt ſemper ex colore aliquo liba ſcutaria, ſeu placentæ ſymbolicæ. Atque hæc pariter, etſi vocantur liba ſeu placentulæ, fuerint lati claui ex purpura, alioue rei veſtiariæ colore.

Sed venio ad rem ipſam; & vt primo loco, ex quadam honoris prærogatiua, numeretur aurum.



*De gueulles à trois beſans d'or.*

Aurei tres nummi Bizantini, in ſcuti areola rubenti, ſunt COVRTNEYORVM, MARNVEILORVM, MONTBELIARDORVM, & SOVSIERORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*Io. Scohier in genealogia Croyæ familiæ.*



In

*Marc. Gilbertus.* *M. S. ex Muſais Romanis.*

In areola verò ſapphirini coloris, ſunt BRICHANTEAVIORVM in Gallia, & ODDIORVM Tuderti in Italia.



*VVappenbuch. ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

In ſemiſse imo cyaneo, cum ſupero ſemiſſe argenteo, ſunt FREIBERGIORVM in Sueuia.



*Io. Guliel. Anglus in tract. rei teſſer.*

In ſola ſcutaria coronide punicea, cum cetera ſcuti regione argenteola, ſunt DVRHAMEORVM in Regno magnæ Britanniæ.

Circa inſtitam auream,



in ſcuti valuulo quidem cæruleo, ſunt GVEPREORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



In eo autem valuulo atro, ſunt GRABORDIORVM ad Rhenum.

*VVappenbuch.*



*De gueulles, au cheuron d'argent accompagnè de trois beſans d'or.*

Aut circa teſſerarium cantherium argenteolum, in muricata parmula, ſunt BEAVLNEORVM in Gallia.

*Idem.*



In ipſa inſtita punicea, cum argenteo ſcuti alueolo, ſunt AVBIGNYORVM in Gallia.

*Adrian. Morliere.*

Aut



Aut in balteo, ſeu puniceo, ſunt PRESTEVALIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Seu cyaneo, ſunt ibidem SAINCT-AVBINIORVM.

*Idem.*



Aut in balteo præpoſtero & nigro, ſunt PIENTZENAVVIORVM in Bauaria, & VERNAVVIORVM in Sueuia: quæ tres gentilitiæ parmulæ ſunt omnes pariter argenteolæ.

*V.Wappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*D'azur à cinque beſans d'or.2,2.1*

At quini aurei nummi Bizantini, in cæſio ſcuti laterculo, ſunt GVASTIORVM in Gallia,

*Marcus Gilbert.*



*D'argent au cheuron de gueulles chargè de cinque beſans d'or.*

Totidem impreſſi in capreolo teſſerario, punicei coloris, ſupra metalli argenteoli areolam, ſunt LANDVCCIORVM Lucæ in Ethruria.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



*D'argent à deux faches de ſable, chargees de cinq beſans d'or. 3.& 2.*

Aut diſtributi, in faſcias duas nigellas, ſupra eiuſdē metalli argētei parmulam, ſunt TRANTSIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Sex



Sex deinde aurei Bizantini nummi, quodammodo in palos duos traiecti, ſupra cyaneam quidem ſcuti areolam, ſunt AVILAE familiæ in Hiſpania.

*Alphonſ. Lopes de Haro, in Nobiliario genealogico Hiſpaniæ.*



Supra puniceam verò eamdem areolam, ſunt RONDINIORVM item in Hiſpania.

*Idem.*



*D'azur à ſix boſans d'or, 3.2.1.*

Diſpoſiti autem, inſtar trium faſciolarum, in cæſio ſcuti laterculo, ſunt BORGESIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Terni ac terni, in hemicyclis obuerſis puniceis, ſupra ſcuti aream argenteolam, ſunt POMMERSEHIMIORVM in Haſſia.

*VVappenbuch.*



Septeni in valuulo cyaneo, cum ſcutaria coronide item aurea, ſunt MELVNIORVM in Belgio.

*Io. Iacob. Chifflet.*



Seni & duo dimidij præterea, in parmula oſtro illuſa, ſunt familię MONCADAE

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

CADAE

CABAE in Hiſpania.

*A neuf beſans rangès trois à trois.*



Noueni in adſimili areola, ſunt familiæ MALESTROIT in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*A dix beſans rangès trois à trois, & vn en pointe.*



Deni nunc in eiuſdem coloris parmula, cum argenteo margine, impreſſo atris ollulis octonis, ſunt familiæ VILLAMAYORIS in Hiſpania.

*Conſaluus Argote de Nobilitate Bœtica.*



Nunc in parmula coloris veneti, ſunt PAZIORVM in Hiſpania, & RIEVXIORVM in Gallia.

*Idem.*

*Marcus Gilbert.*

*D'argent, au cheuron d'azur chargé d'vnze beſans d'or.*



Vndeni, in capreolo teſſerario cyaneo ſati, ſupra ſcuti valuulum argenteolum, ſunt ESPINAYAE familiæ in Gallia.

*Inſignia Auratorũ Equitum Spiritus ſancti.*



Duodeni, cum interiecta inſtita perinde aureola, in coloris praſini alueolo, ſunt VVIESENBROHEORVM in Miſnia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Très ac deni, in muricata parmula, ſunt familię SARMIENTAE in Hiſpania.

*Conſaluus Argote de Nobil. Bœtic.*



4.4, 3. 2, 1.

Quaterdeni, vel in cæruleo ſcuti laterculo, ſunt BVLOVVIORVM in Saxonia.

WVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.



4.4.3.3.

Vel in eo ſcuti laterculo atro, ſunt SVRICHEORVM in Belgio.

Iacob Henricourtius in ſpeculo nobilitatis Hasban.



Vnus ac viceni, ſupra lemniſcos, ternos cyaneos, & totidem argenteolos diſtributi, ſunt MICHAELIORVM Venetijs.

M. S. ex Muſæis Romanis.

Sed vt numerem etiam nummos Bizantinos argenteolos:



Terni nunc in aruo luminis coccinei, ſunt FONTANAE BAQVEROTIAE familiæ in Gallia. Marc. Gilbertus.



Nunc in eo aruo luminis cyanei, ſunt familiæ COQVELAIRAE item in Gallia. Idem.



Si verò ijdem, in adſimili areola, ſint in modum baltei ordinati, ESPINOYAE familiæ in Gallia tribuuntur. Marcus Gilbert.

Inſtar



Inſtar pali autem, erecti omnes, intra pullatam parmulam, ſunt MVRERIAE familiæ in Heluetijs.

*VVappenbuch ſeu liber teſſerar. Gentilitiar Imperij, ac totius Germ.*



In balteo verò puniceo exarati, ſupra auratam parmulam, ſunt OLSNITZIORVM in Miſnia.

*Idem.*

*De ſable à cinque beſans d'argent paſsès en ſautoir.*



Quini argentei nummi Sulthanini, in decuſſim traiecti, intra furui luminis alueolum, ſunt FLEHINGENIORVM in Sueuia, & SICHINGENIORVM ad Rhenum.

*VVappenbuch.*

*De gueulles à ſix beſans d'or, 3, 2. 1.*



Seni aurei, aut intra parmulam conchyliatam, ſunt familiæ BARZENAE in Hiſpania.

*Conſal. Argote.*



Aut intra eam parmulam ſapphirini coloris, ſunt in Gallijs BRICHAVTEAVIAE, & GVERCHIAE familiæ, & DVCVM DE VALENTINOIS: cum aureo autem apice, ſunt familiæ POICTIERS, & cum limbo inſuper puniceo, ſunt ARSYORVM pariter in Gallijs.

*Inſignia Auratorum Equitū Spiritus ſancti.*

*Marcus Gilbert.*

*Philibert. Monet. in praxi rei teſſ.*

*Marcus Gilbert.*



Vincen. Borghin. de famil. Florent. Io. Gulielm. Angl. in tract. teſſeraria. Marcus Gilbert.

Aut intra parmulã omnino atram, ſunt FORABOSCHIORVM Florentiæ in Ethruria, PVNCHARDONIORVM in Regno Magnæ Britanniæ, & VOVRIORVM in Gallia.

De gueulles à vne faſche d'or accompagnée de ſix beſans d'argent.



Totidem nummi Sulthanini argentei, cum tænia aurea interpoſita, in parmula rubeſcenti, ſunt familiæ A CAMPO in Gallia.

Marcus Gilbert.

A ſix beſans, 3.2.1.



Seu diſtributi circa faſcias duas perinde aureas, in cæſio ſcuti alueolo, ſunt FVMEEORVM pariter in Gallia.

Marcus Gilbert.

Beſans faſchès d'azur.



Seu nummi ipſimet, ter cyano vittati, in ſcuti valuulo conchyliato, ſunt ROELAE familiæ in Hiſpania.

Conſalu. Argote.

A ſept beſans miſes en orle.



Septeni argentei nummi Bizantini; circumpoſiti loco marginis, in ſcuti areola cyanea, ſunt CASTREORVM in Belgio.

Io. Scobier in genealogia Croiæ familiæ.

A neuf beſans ranges trois à trois.



Noueni, in parmula oſtro lita, ſunt FLESCHSIORVM iterum in Belgio.

Iacob Hir curt.



Tres ac deni, in veneti coloris parmula,

mula, cum puniceo margine, in quo Turcarum quatuor capita viſuntur, ſunt familiæ CABEZAE in Hiſpania.

*Conſul Argote.*



Quinque demum ac viceni, decuſſatim in quinque ſcutulis cyaneis expicti, ſupra ſcuti maioris aream argenteolã, ſunt REGVM LVSITANORVM.

*Io. Iacob. Chifflet.*

*De libis teſſerarijs. Cap. XLIII.*

SCVTARIAS placentulas, ſeu liba ſymbolica, vt dixi, Feciales appellant orbes omnes coloratos; & horum iam etiam cenſum aliquem dabimus.

*D'or à trois torteaux de gueulles*



Liba punicea tria, in aureo quidem ſcuti alueolo, ſunt familiæ ARGENTONIAE, BOVLOGNIAE, COVRTNAEIAE, & DAMERVALIAE in Gallia.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum Nobilium Galliæ.*

*Andreas de Ryet. in teſſer. Nobil. M. S.*

*Marcus Gilbert.*



*D'argent à trois torteaux, de gueulles.*

In eo autem alueolo argenteo, ſunt familiæ DOLLEHAINAE in Belgio.

*Io. Scohier in geneal. Croyæ fam.*



Et cum interiecta inſtita punicea, ſunt KOLBENIORVM A VVARTEMBERGIO ad Rhenum, & VVESENBERGIORVM in Heluetijs.

*VVappenbuch.*



Vel omnia in apice ſcutario, areæ eodem modo tæniatæ, ſunt DEVAREVXIORVM in Gallia.

*Andreas de Ryet in teſſeris Nobilium M.S.*

Vel



Vel in argenteo imo ſemiſſe, cum ſupero ſemiſſe puniceo, ſunt ZELLERIORVM in Bauaria.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Vel in balteo cyaneo, ſupra valuulum ſcuti argenteolum, ſunt TAVCHRITZIORVM in Sileſia.

*VVappenbuch.*



Vel in læuo balteo argenteolo, ſupra rubram parmulam, ſunt APPENHEIMIORVM ad Rhenum.

*Idem.*



Vel rursùs in balteo læuo, ſed atro, intra metalli argentei laterculum, ſunt OSSAEORVM in Miſnia.

*VVappenbuch.*



Liba verò punicea tria, tæniolis ternis argenteolis lemniſcata, in valuulo ſcuti aureo, cum puniceo margine, impreſſo decuſſibus aureis octonis; ſunt CAMARRORVM in Hiſpania.

*Conſal. Argote.*



Ad hæc teſſeraria liba ſex, quorum quinque punicea ſint, & ſextum

ſummo

ſummo loco cyaneum, auratis ternis lilijs inuſtum, in parmula auro conſtrata, ſunt MEDICEORVM Principum in Ethruria. *Io. Iacob. Chifflet*



Octonæ ſcutariæ placentulæ puniceæ, circa ſcuti argentei extremam oram diſperſæ, ſunt SCHAELIORVM in VVeſtphalia. *VVappenbuch.*



Sex omninò punicea, in eiuſdem metalli areola, ſunt familiæ MENDAÑAE, & familiæ TAVIRAE in Hiſpania. *Conſal. Argote. M. S. ex Muſæis Romanis.*

*D'argent à ſix torteaux de gueulles 3. 2. 1.*



Nouenæ ijs concolores, in laterculo eiuſdem metalli, ſunt SCHOOVORSTIORVM in Belgio. *Iacob. Hericourt.*

*Torteaux echiquettees d'or, & de gueulles.*



In area verò alterius metalli, ſunt familiæ GALGANETTAE in Ciuitate Lucenſi. *M. S. ex Muſæis Romanis.*

*Torteaux miſes en orle.*



Denæ, oſtro atque auro ſcutulatæ; in huius metalli alueolo, ſunt familiæ LODEÑAE in Hiſpania. *Conſal. Argote.*



Tres

Tres ac denæ omnino puniceæ, in parmula argentata, ſunt familiæ CVEVAE pariter in Hiſpania. *Conſal. Argote.*



At cyaneæ placentulæ tres, circa puniceum cantherium, in ſolo argentei metalli, ſunt BASKERVILEORVM in Regno magnæ Britanniæ. *Io. Guliel. Anglus in tract. rei teſſer.*

*Six torteaux rangés deux à deux,*



Sex in adſimili alueolo, ſunt familiæ A CASTRO in Hiſpania. *Alphonſ. Lopes de Haro in Nobil. geneal. Hiſpan.*

Denæ ijs concolores, in aruo eiuſdem metalli, ſunt ALMIRANAE, atque ORELLANAE familiæ in Hiſpania. *Conſal. Argote.*

Tres ac denæ pariter cyaneæ,

*Torteaux miſes en pal.*



Nunc in aurata parmula, ſunt familiæ A CASTRO in Luſitania, & præterea HONTIVERORVM, ac TRVXILLORVM in Hiſpania: hi tamen poſtremi addunt eis marginem puniceum, octonis decuſſibus aureis inuſtum, *M. S. ex Muſæi Romanis.* *Conſal. Argote.*



Nunc in parmula argentata, ſunt familiæ DE LEMOS, OLODIORVM, & VELASQVIORVM in Hiſpania: modò ijs poſtremis pariter adijcias ex oſtro ſimilem prætextam, octies ex auro decuſſatam. *Idem.* *Io. Iacob. Chifflet.*

Deinde



Deinde libum maius atrum, in argenteo ſcuti aruo, eſt REITENAVVIORVM in Sueuia.

*VVappenbuch ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Libꝰ tria perinde atra, in laterculo eiuſdem metalli, ſunt BRIEVXIORVM, SAMAYORVM, & VASSIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert*

*A quattre torteaux de ſable, 2. & 2.*



Quaterna liba eiuſdem coloris, in ſcuti aureo alueolo, ſunt familiæ HERREZVELAE in Hiſpania.

*Gonſalu. Argote.*

*A ſix tourteaux miſes en pal. 3.& 3.*



Sex item furui coloris liba teſſeraria, in aureo ſcuti ſolo, ſunt ALAGONIAE, IVRADAE, ac SESIAE familiæ item in Hiſpania.

*Conſal. Argote.*

*D'or à dix torteaux de ſable. 4.3.2.1.*



Dena, rurſus atramento lita, in parmula perinde aurea, ſunt TRONSARIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

### *De Nummo-placentis ſcutarijs. Cap. XLIV.*

MISCENTVR aliquando etiam nummi, & liba; in parmula tamen hoc fit plerumq; expicta, lumine coloris pariter ac metalli: quò ita nummi, quia ſunt metallici, ſint in colorato ſolo; & liba viciſſim, quia ſunt colorata, exarentur in ſolo metallico.





*Party d'argent & de ſable au beſans-torteau party de l'vn en l'autre.*

*VVappenbuch, ſeu libertesſerar. Gentitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Ita in parmulæ ab ſummo diremptæ, dextero ſemiſſe argenteo, libum puniceum; & in læuo ſemiſſe puniceo, nummus argenteus, ſunt HOHENREISIORVM in Bauaria.

Vt Bizanti-libum ſemi-atrum, ſemi-argenteum, in ſcuto teſſerario ad perpendiculum ſecto, & ad dexteram argenteo, ad læuam atro: quod eſt KLVGHEIMIORVM in Bauaria.

*VVappenbuch.*





*Trencè d'or, & de gueulles, au beſans-t rteau trencè drll' vn en l'autre.*

*Marcus Gilbert.*

Liba duo cyanea, in ſcutario apice aureo; & nummus aureus, in ſcuti cetera regione cyanea, ſunt CREMAINVILLEORVM in Gallia.

Sedenim propriè nummo-placentulæ, ſeu Bizanti-liba, tunc exiſtimari debent: quando vnus atque idem orbis variat iubar; & ſemi-metallicus eſt, ſemi-coloratus,

Perinde in ſcuto, partitione diagonia interciſo, & ſupernè aureo, infernè puniceo, nummo-placenta ſemi-punicea, & ſemi-aurea, eſt NANIORVM Venetijs.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



Vtra-

Vtraque verò Bizanti-libi ratio, quam expoſuimus, eſt in vna eademque parmula gentilitia Abtotiorvm, in Regno magnæ Britanniæ. In ea enim parmula, ſecta directè, & ad dexteram aurea, ad læuam coccinea, ſupernè ibi libum coccineum, & hic numiſma aureum ſpectatur; in ima cuſpide autem eſt Bizanti-libum ſemi-puniceum, ac ſemi-aureum.

Ceterùm hæc Bizanti-liba fiunt etiam quandoque, in area vnius, aut coloris, aut metalli.

*Beſans-torteaux party de ſinople, & d'argent auec perfiles de ſable.*



Vti quina in decuſſim diſtributa, & partim praſina, partim argentea, cum laciniolis ex ſabulo, in aurata parmula: Sunt autem familiæ De Angvlo in Hiſpania.

*Conſa l. Argote.*

*Beſans-torteaux coupés & partys d'argent & de ſable.*



Aut ſena, nunc tranſuersè, nunc directè, alternatim argento & atramento interſecta, in ſcuti valuulo puniceo; ac ſunt Fvensalidarvm in Hiſpania.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*

*De gentilitijs parmulis cancellatis. Cap. XLV.*

Clathratae, ſeu irretitæ parmulæ, in quibus exiliores tęnię, ſeu laciniolæ mutuò ſe decuſſim reuinciunt; aut ſimplici nexu fiunt, atque hi vocari poſſunt ſolutiles cancelli: aut ad iuncturas clauis adſtringuntur; atq; hi cancelli clauati erunt appellandi. Sed enim ego paradigmata primi generis tantùm referam: nam alterius generis parmulæ mihi nullæ obuenerunt, apud Scriptores rei teſſerariæ.



Argentei clathri ſcutarij, in læuo ſemiſſe atro, parmulæ ad perpendiculum diremptæ, argenteæque in dextero ſemiſſe, ſunt Schanderitziorvm in Miſnia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Clathri aurei & laxiores, qui coronide tenùs exarantur, in puniceo ſcuti alueolo, ſunt THYENESIORVM in Belgio.

*Iacob. Hericourt.*



Sabulei clathri eiuſdem laxitatis, in aurata parmula, ſed quam cingit mediam faſcia cyanea, ſunt MASCONIORVM in Gallia.

*Adrian Morkere in libro Antiquitatum Ambiani.*



Clathri frequentiores punicei, cum faſcia concolori, in argenteo ſcuti alueolo, ſunt RIEDORVM in VVeſtphalia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*D'azur, frettè d'or.*

Clathri aurei rariores, in veneti luminis areola, ſunt MERFELDTIORVM in Brunſvvigia, & SECHELLESIORVM in Gallia.

*VVappenbuch.*

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobiliũ Galliæ.*



*De ſable frettè d'or.*

Aurei rurſùs, & magis frequentes, in ſcuti valuulo atro, ſunt MATREVERSIORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Gulielm. Angl. in tract. rei teſſer.*



*De gueules frettè d'argent.*

Cla-

Clathri argentei grandiores, in parmula conchyliata, ſunt IEVNEORVM in Gallia.

*Adrian. Morliere.*

*D'or frettè de gueulles.*



Punicei, in ſolo parmulæ aureo, ſunt MONTEIANIORVM, & NEVFVILLEORVM in Gallia.

*Philibert Monet.*

*Io. Scohier in deſcript. rei teſſ.*

*D'argent frettè de gueulles,*



Punicei perinde, ſed crebriores, in aruo ſcuti argenteolo, ſunt MARCHACKIORVM A BIBERSTEINIO in Miſnia, & SOICOVRTIORVM in Gallia.

*Wappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum Nobilium Galliæ.*

*D'or frettè de ſinople.*



Praſini laxiores clathri, in parmula auro illuſa, fuerunt BOCCARDI Galliæ Comeſtabilis, regnante Carolo Caluo.

*Philibert. Monet.*

*D'argent frettè de ſable,*



Atri autem ij cancelli teſſerarij, in argentea ſcuti ſymbolici areola, ſunt HVMIERESIORVM in Belgio.

*Io Iacob. Chiffletius in teſſeris Equitum Vell. aur.*

*De gueulles frettè & engrellè d'argent.*



Sed peculiari modo eſt irretitus, & clathratus ſcuti punicei alueolus; nempe impreſſus cancellulis argenteis & ſtriatis, mutuo annexu implexis: quod ſtemma gentilitium eſt EYNFORTIORVM, in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Guliel. Angl.*

De

### *De teſſerarijs carbunculis. Cap. XLVI.*

RADIATVS pyropus parmulæ gentilitiæ, octonis radijs explicat ſe, ac gemmatam efficit ſcuti ſymbolici aream. Sed & quia radij eius extremi in florem deſinunt, liliatus ideo vocari ſolet, Quamquam in nodulos etiam deſinens interdum, appellatur quoque nodulatus.

*Eſcarboucle allumée d'azur.*



Cum ſapphiro ibidem, inſtar ſcutuli minoris, eſt SCHONBERGIORVM ad Rhenum. *VVappenbuch.*

*De guenlles à l'eſcarboucle d'or.*



Pyropus aureus liliatus, in muricata parmula, eſt MANDEVILLEORVM, & RAYORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Aut cum apice ſcutario argenteolo, eſt PLANTAGENETIORVM in Regno magnæ Britanniæ. *Io.Gulielm.Angl.*

*A l'eſcarboucle fleurencee d'or allumée de ſinople,*



Cum ſmaragdo, ſeu praſina gemma in medio eius, eſt CLIVIAE Ducum in Germania. *Io.Iacob.Chifflet.*



Ad hæc pyropus radiatus, perinde aureus, in area ſapphirini coloris, eſt GREIFENCLAVVIORVM A VOBRATH ad Rhenum. *VVappenbuch.*

In



In area verò luminis praſini, eſt CLABAVLTIORVM in Gallia.

*Adrian. Morliere.*



In area ex tranſuerſo dirempta, & vel ſupernè argentea, infernè punicea, eſt familiæ GIANDONATAE Florentiæ.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*



Vel in ea ſupernè item argentea, infernè atra, cum ſuppoſito ei ſcutulo aureo, eſt HAVSMANNERIORVM ad Rhenum.

*VVappenbuch.*



Vel in area auro atque oſtro quadripartita, radiatus pyropus ater, eſt FITZPIERSEORVM in Regno magnæ Britanniæ,

*Vincentius Fecialis Angliæ.*

*De gueulles à la bande d'argent, & vne eſcarboucle d'or brochant ſur le tout.*



In ſcuti area punicea, nunc balteo dextero præcincta, radiatus pyropus aureus, eſt BVRGRAVIORVM in Alſatia.

*Marcus Gilbert.*

*De gueulle, à la barre de ſable & vne eſcarboucle d'argent brochãt ſur le tout.*



Nunc in ea læuo balteo ſabuleo adſtricta, radiatus pyropus argenteus, eſt REINBOLTINIORVM itẽ in Alſatia.

*Marcus Gilbert.*

In



In ſcuti area deinde argentea, bis cyano tęniata: pyropus aureus radiatus, cum gēmula rubenti, eſt BLOVNTIORVM in Regno magnæ Britanniæ. *Io.Guliel Anglus in tract. rei teſſer.*

*De gueulles à vn eſca boucle pommettée d'or.*



Poſtremò carbunculus aureus, ſolis nodulis, & nullis floribus cōſpicuus, in parmula conchyliata, eſt gentiliū ſtemma Regum CANTABRORVM. *Io.Iacob.Chifflet.*

## *De teſſeris ſcutarijs, ſeu charactere aliquo, ſeu lemmate etiam inſcriptis. Cap. XLVII.*



PRIMVM elementum, atramento exaratum, in argentea inſtita, ſcuto puniceo ſuperpoſita, eſt familiæ ALTANNAE in Imperio. *VVappenbuch, ſeu liber teſſer Gentilitiar. Imperij ac totius Germ.*



Elementum huic proximū aureumque, in veneti luminis parmula, eſt BELLONIORVM Venetijs. *M.S. ex Muſæis Romanis.*



Elementum duodecimum, perinde aureum, in ſcutaria coronide item cyanea, cum ſubiecto ei coccineo tigillo, & ima ſcuti regione, ſexies in modum baltei, partim cyano, & partim auro lemniſcata, eſt MILLINORVM Romæ. *Alphōſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*

Ele-



Elementum decimum quintum, ſemi puniceum in ſupero ſemiſſe ſcuti aureo, ſemiq; aureum in eius imo ſemiſse puniceo, eſt PIERORVM Venetijs.

*M S. ex Muſæis Romanis.*



Duodeuigeſimum elementum, ſabulo argento atque oſtro expictum, in ſapphirini coloris alueolo, eſt MESSENAVVIORVM, in Sileſia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Idem, ſed argenteum & auerſum, atque inſuper eiuſdem metalli laciniola reuinctum, in aruo ſcuti puniceo, eſt DEBRITSCHIORVM item in Sileſia, *Idem.*

Sed & integræ aliquando, ſeu voces, ſeu ſententiæ, in his teſſeris gentilitijs circumferuntur.




Vt ſcripta characteribus aureis LIBERTAS, in ſcuti ſupera regione punicea, cum tænijs aureis ternis, ac totidem nigellis, in ima eius regione. Atque hoc eſt ſtemma gentilitium familiæ MAGALOTTAE Florentiæ. Habent verò in inſignibus ſuis vocem eamdem DINI, & GVCCII; habueruntque plures aliæ familiæ Florentinæ, ab Anno MCCCLXXVI. vti perhibet Vincentius Borghinius.

*Vincentius Borghinus de famil. Florent.*




At icon teſſeraria familiæ MENDOZAE, ſeu DVCVM DE INFANTADGO in Hiſpania, obliquè ab vtro- *Marcus Gilbert.*

que angulo quadripartita, & in ſummo quidem atque imo tetrante praſina, cum balteo ibidem aureo, & cum exiliore inſuper balteo puniceo ibidem impreſſo; partim in tetrante dextero, partim in læuo, ſyderei Internuncij ſalutationem, exſcriptam characteribus cyaneis, habet.

*De ſymbolica Cruce, ac de varia eius figuratione. Cap. XLVIII.*

QVia Cruce ſignati, ad expeditiones ſacras, olim immigrauerũt Chriſtiani Heroes multi; propterea Crucem eamdem poſteris ſuis ij pro teſſera conſecrauerunt. Porrò ſi vacerra ſimul & faſcia, intra ſcuti gentilitij aream dirimant ſe, ad rectos omninò angulos; formabunt Cruces illas, quarum iam à nobis cenſus aliquis habendus eſt. De militarium Ordinum teſſeris tamen alibi agemus; quia ſigna nunc gentilitia potius, quàm ſocialia conſectamur.

Prima in hoc cenſu ſit Crux ſimplex & plana; hoc eſt ea, quæ nulla ratione, aut ad trabem vtramque, aut etiam ad ſcapos variatur.

*De gueulles à la Croix ſimple, ou plaine d'or,*



Aurea eiuſmodi Crux, in parmula conchyliata, eſt ALDEMBVRGIORVM in Regia teſsera Regis Cimbrorum: eſt SANGEORGIORVM in Burgundia, & VARENNIORVM in Gallia.

*Io Iacob. Chiffletius in teſſeris Equitum Vell. aur.*

*Marcus Gilbert.*



Cum adſcripto ei quater Græco elemento, B, eſt Regia teſsera Imperij CONSTANTINOPOLITANI: ſententia verò eius eſt Βασιλεὺς Βασιλέων βασιλεύων βασιλεύοντας.

*Io. Iacob. Chifflet.*



Aurea Crux, in cyaneo ſcuti alueolo, eſt BARBAZANIORVM, BRIANZONIORVM, & VERNONIORVM in Gallia: in Regno autem magnæ Britanniæ SHELTONIORVM.

*Marcus Gilbert.*

*Io. Guliel. Angl.*

Cum

*D' azur. à la croix d'or cantonnee de 20. billettes de meſme.*



Cum ſcutarijs laterculis vicenis, ad angulos eius, ex eodem metallo aureo, eſt AIGREMONTIORVM in Burgundia. *Marcus Gilbert.*

*Cantonèe de 18. billettes aſſiſes 5. & 5. en chef. 4. & 4. en pointe.*



Aut cum ijſdem duodeuicenis, ſed ſeſſilibus, ac quinis & quinis intra ſuperos tetrantes; intra imos autem tetrantes, quaternis & quaternis, eſt CHOISEVLIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Aurea crux, in furui luminis laterculo, eſt BOTHEIMIORVM in Alſatia, *VVappenbuch* RATZENIORVM A FRENTZIO ad Rhenū, & SVFFOLKIORVM in Regno magnæ *Marcus Gilbert.* Britanniæ.

*A la croix ſimple d'argent.*



Argentea Crux, in parmula oſtro illuſa, eſt ALLOBROGVM Principum, *Io. Iacob. Chiffl.* in Regione Ciſalpina; eſt familiæ ASPERI MONTIS, & DEVSTORMELIAE *Adrian. Morliere.* in Gallia; in Auſtria verò eſt ROTTHALIORVM. *Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum Nobilium Galliæ.* *VVappenbuch.*



Argentea Crux, in veneti luminis areola, eſt familiæ NAVAIGNAE in *Iacob. Hericourt.* Belgio.



Argentea Crux, in pullata parmula, eſt DOMMARTINORVM in Belgio, PRECYORVM in Gallia; ad Rhenum autem ROMERSTALIORVM.

*Io. Scohier in geneal. Croyæ fam.*

*Marc. Gilbertus.*

*VVappenbuch.*



*A la croix ſimple de gueulles.*

Punicea Crux, nunc in aureo ſcuti alueolo, eſt ANTLAVVIORVM, & BERCKEIMORVM in Alſatia, BIGODIORVM in Regno magnæ Britanniæ; MELLEMONTIORVM, MONBRVNIORVM, & MORTAGNEORVM in Gallia.

*VVappenbuch.*

*Marcus Gilbert.*

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. fam. nobil. Galliæ.*



Nunc in eo valuulo argenteo, eſt BANQVETTIORVM, & BAVDRICOVRTIORVM in Gallia, HANGESTIORVM ibidem, NEVELEORVM in Belgio, & Florentiæ in Ethruria POPOLESCHIORVM.

*Amdreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobil. Galliæ.*

*Marcus Gilbert.*

*Inſignia auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*

*Io. Scobier in deſcript. rei teſſ.*

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*



*A la croix ſimple d'azur.*

Cyanea Crux, in argenteo ſcuti laterculo, eſt RECOVRTIORVM, & VILERSIORVM in Belgio.

*Iacob Henricourtius in ſpeculo nobilitatis Hasban.*



*A la croix ſimple de ſinople.*

Praſina crux, in aureo ſcuti alueolo, eſt BARRESIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



*A la croix ſimple de ſabl.*

Crux

Crux nigra, in parmula metalli aurei, eſt GRVTHVSIORVM in Belgio, BILANDTIORVM ad Rhenum.

*Iacob. Hericourt.*
*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



In parmula verò metalli argentei, eſt BLEMVREORVM, & LAYEORVM in Gallia.

*Marc. Gilbertus.*
*Adrian. Morliere in lib. Antiquit. Ambiani.*

Sed & Crux eadem ſimplex, quandoque pingitur, in ſcuti area bipartita. Exemplo ſit



*Coupè d'or, & d'azur à la croix ſimple de gueulles.*

Crux punicea, ſeu cum ſupero ſemiſſe aureo, & ſemiſſe imo cyaneò: quæ eſt teſsera familiæ IMPERATAE Venetijs.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



*Coupè d'azur, & d'argent à la croix ſimple de gueulles.*

Seu cum hoc eodem colore ſupernè: infernè autem cum argento; atque eſt icon gentilitia familiæ BEMBAE pariter Venetijs,

*M.S. ex Muſæis Romanis.*

Vt proſequar cruces alias magis præcipuas;



*De gueulles, à la croix engrellee d'or.*

Criſpior crux & ſtriata ex auro, in parmula quidem conchyliata; eſt BOVCHAVANESIORVM, & GADAIGNEORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



In

In parmula coloris veneti, eſt FEILLEEORVM perinde in Gallia. *Marc. Gilbertus.*



In parmula luminis atri, eſt QVEICLEORVM FLEVRATIORVM item in Gallia, & VFFORDIORVM in Regno magnæ Britanniæ. *Idem.*

*D'azur à la croix engrellée d argẽte.*



Argentea Crux canaliculata, in ſapphirini coloris areola, eſt DAILLOVIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*

*Eſcartelè de gueulles & de ſable. à la croix engtellee d'argẽt.*



In ſcuti valuulo autem quadriparti-to, & puniceo ad primum atque vltimum terrantem, furuoque ad tetrantes alios duos, eſt IVDICEORVM in Regno Parthenopæo. *Andreas de Ryet. in teſſer. Nobil. M. S.*

*D'or à la croix engrellèe de gueulles.*



Punicea crux ſtriatim aſperata, in aurato ſcuti alueolo, eſt CHASTELIORVM in Gallia, & CHAVEDIORVM in Belgio. *Marcus Gilbert. Iacob. Hèricourt. in ſpeculo nobilit. Hasbanica.*

*D' argent à la croix engrellèe d'azur.*



Cærulea Crux, in eum modum criſpata, in valuulo argenteolo, eſt BROVCKESIORVM, GVIMEGNETIORVM, & VITTHEMIORVM in Belgio, *Iacob. Hèricourt. Io. Iacob. Chiffl.*

Crux

D' or à la croix engrellée de ſable.



Crux ſtriata & ſabulea, in ſolo parmulæ aureo, eſt HAMELIORVM in Gallia, & POLLENIORVM iu Belgio.

*Marcus Gilbert.*
*Iacob. Hericourt.*

*Party de gueulles & d' or à la croix party d'argent & de gueulles.*



Bipartita Crux, ex argento atque oſtro, cum hoc eodem colore ad dexteram, & ad læuam cum auro, fuit ALLEGRINI ATREBATIS Galliæ Cancellarij.

*Philibert. Monet. in praxi rei teſſ.*

*D' argent, à la croix eſcartele d' or, & de gueulles.*



Quadripartita Crux, ex auro atque oſtro, in area ſcuti argenteola; proponitur à Ioanne Scohierio, inter paradigmata gentilium iſtiuſmodi teſſerarum; nulli tamen familiæ ſingillatim tribuitur.

*In tract. rei teſſe- rariæ.*

*De ſable. à la croix echiquettee de gueulles & d' argent de deux traicts.*



Scutulata Crux, ex oſtro argentoq; duplici ſerie teſſerularum, in parmula omnino atra, eſt INGELHEIMORVM ad Rhenum.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*D' or à la croix loſangee d' argent & de ſable.*



Rhombis autem argenteis furuisq; impreſſa Crux, in valuulo ſcuti aureo, eſt ARDINGHELLIORVM Florentiæ.

*Alphōſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*

*D' argent, à la croix de gueulles frettée d' or.*



Pu-

Punicea Crux, auro irretita, in argentei luminis alueolo, eſt QVESNEORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Crux nigella, deſcripta item plagulis aureis, in alterius metalli areola, eſt SOVRDONIORVM in Gallia.

*Idem.*

*D'azur à la croix d'argent frettee de gueulles.*



Argentea Crux, oſtro cancellata, in valuulo coloris veneti, eſt BROVDINAVIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert,*

*De gueulles à la croix d'or frettèe d'azur.*



Crux aurea, cyano irretita, in muricata parmula, eſt RIVIEREORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*D'azur à la croix pattee d'or.*



Crux iterum aurea, ſed ad ſcapos extremos patula, in parmula coloris ſapphirini, eſt MODSCHIDLERIORVM in Franconia.

*VVappenbuch, ſeu liberteſſerar. Gentilitiar. Imperij ac totius Germ.*

*De gueulles à la croix pattee d'argent.*



Argentea eadem Crux, in parmula rubenti, eſt ROTTHALIORVM in Auſtria, & ROVGEORVM in Gallia.

*VVappenbuch.*

*Marcus Gilbert.*

*A la croix pattee engrelee.*



Crux adſimilis, in parmula concolori;

lori, ſed criſpior & canaliculata, eſt

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.* MVDEASPACHIORVM ad Rhenum.



*D' or à la croix pattée de gueulles*

Punicea Crux in eam, quam dixi, ad ſcapos deſinens maiorem laxitatem, intra ſcuti alueolum auratum, *Marc. Gilbertus.* eſt PLESSIORVM, & TILLETIORVM in Gallia.



Crux eadem cyanea, in aruo argentei metalli, eſt ARGENTREORVM item *Idem.* in Gallia.

Verùm hæc ipſa Crux, ad ſcapos patula, fit etiam deiuncta, ab omni circum ora parmulæ teſſerariæ,



*Party d'or & de gueulles, à la croix pattèe, eu à l'aiſee party de l'vn en l'autre.*

Vti Crux ſemi punicea, ſupra dexterum ſemiſſem aureum, & ſemi-aurea ſupra læuum ſemiſſem puniceum; quę eſt icon gentilitia familiæ SANCTACRVCIAE Romæ, *Alphonſ. Ciaccon. in vita. & Rebus geſtis Pontificum, & Cardinalium.*



*D' argent à la croix pattee à l'aiſee, & eſcartelee de gueulles & de ſable.*

Vel crux patula ad ſcapos, ſeiuncta, & oſtro ac ſabulo quadrifariam dirempta, in ſcuti valuulo argenteolo: quod eſt ſtemma TIGNYORVM in *Marc. Gilbertus.* Gallia.

Pingitur quoque eiuſmodi Crux in imo loco cuſpidata:

*De gueulles à la croix pattee au pied fiché.*



Vti argentea Crux, in coccineo ſcuti laterculo, quæ eſt FRESENIORVM in Brunſvvigia.

*VVappenbuch.*



Vel coccinea ipſa Crux, in parmula auro illuſa; quæ eſt SCVDAMOREORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Gulielmus.*



Vel aurea Crux, deſinens planè in cuſpidem oblongam, intra ſapphirini coloris alueolum: fuit autem ibidem CADVVALLADERI vltimi Regis Britannorum. Atq; hæ fortaſſe ſunt Cruces vexillares, arguuntque maiorem nobilitatē. Vexillorum enim olim haſtæ, vt dixi, erant cuſpidatæ, defigebanturque humi; nec in caſtris modò, ſed interdum in acie ipſa; dum prælium erat, nondum effuſo in fugam hoſte.

*Idem.*

Ad hæc quando Crux ſymbolica ſcapos extremos vtrimque habet repandos & recuruos; vocatur, ob anchoræ ſimilitudinem, anchorata.



*De gueulles à la croix ancrée d'or*

Crux hæc aurea, in blattei coloris parmula, eſt BVEILIORVM, CASTELFROMONTIORVM in Gallia, & SCHIRECHIORVM in Belgio.

*Adrian Morliere in libro Antiquitatum Ambiani.*

*Marcus Gilbert.*

*Io. Scohier in geneal. Croyæ fam.*



Aurea rurſus, ſed in ſcuti valuulo atro, eſt HOFVVARTIORVM in Sueuia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij ac totius Germ.*

Puni-

*D'or a la croix ancrée de gueulles*



Punicea in aureo quidem valuulo, eſt AVBVSSONIORVM, BEAVCEORVM, COVSANSIORVM in Gallia, HAINVILLEORVM in Lotharingia, & DAMASEORVM in Belgio,

*Marcus Gilbert.* *Io. Iacob. Chifflet.*



At in valuulo argenteo, eſt BOVRGSIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*

*D'or à la croix ancrée de ſinople.*



Praſina Crux anchorata, in parmula auro illuſa, eſt MARDOIGNEORVM, & SIMPHALLEORVM item in Gallia. *Marcus Gilbert.*

*D' argent à la croix ancrée de ſable.*



Furua deinde, in argentea ſcuti areola, eſt MONTALAMBERTIORVM in Gallia, & MOVLSINSIORVM in Belgio. *Marcus Gilbert.* *Iacob. Hericourt.*

Quin etiam inuenitur eadem crux anchorata in parmula, quæ lumen variat.

*Party d'or & d'azur, à la croix ancrée de gueulles.*



Vti crux punicea, in ſolo ad dexteram aureo, ad læuam cyaneo: quæ eſt teſſera PEYCHINIORVM in Belgio. *Io. Scohier.*

*Party de gueulles & d'argent, à la croix ancrée party de l'vn en l'autre.*



Vel cum area, in eum modum bi-

partita pulchrè alternat iubar; vti anchorata crux ſemi-argentea, & ſemi-punicea, in ſcuti alueolo ſemi-puniceo,& ſemi-argenteo; fuit autem ALLEGRINI DE CAIEVIO in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Aliquando in vmbilico eſt pertuſa, ſeu orbe, ſeu quadra teſſerula, ſeu plinthide acutangula.



Vti Crux anchorata punicea, in aureo ſcuti laterculo;



Vel aurea, in eo laterculo cyaneo,



Vel in eodem etiam Crux argentea: atq; ex his crucibus prima eſt GRILLEORVM, altera HAVGHTONIORVM, tertia MOLINAEORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Gulielm. Angl. in tract. rei teſſer.*

Cum deinde Cruci ad ſcapos præfiguntur gabali ſcutarij, ſeu teſſeraria patibula: fit ea Crux, quam Feciales patibulatam appellant.



*D' argent, à la croix potencee d'or, accompagnee de quattre croiſettes de meſme.*

Eſt autem huius generis Crux aurea, cum cruculis quaternis ei adiunctis, ſupra metalli alterius areolam, in veteri teſsera REGNI HIEROSOLYMITANI. Quamquam veroſimilius videtur, eos eſse characteres duos aureos, inuicem inſertos, nempe H.I. qui Vrbis Hieroſolymæ vocabulum inchoant.

*Marcus Gilbert.*



*D'or, à la croix potencee de ſable.*

Crux alia tamen patibulata & nigra, in aureo quidem alueolo, eſt familiæ MARZANAE in Italia:

*Andreas de Ryet. in teſſer. Nobil. M.S.*

In



In alueolo autem argenteo, eſt teſſera vetus Calabriae.

*Io. Iacob. Chifflet.*

Si autem ad ſcapos eius fuerint repetitæ cruces, fit crux recruciata: qualis Crux,

*De gueulles à la croix recroiſettée d'or.*



Et aurea, in conchyliato valuulo parmulæ gentilitiæ,



Et conchyliata, in eo valuulo argenteo, proponitur à Ioanne Scohierio.

*D'or à la croix ondée de gueulles*



Eiuſdem Scriptoris etiam eſt vndoſa Crux punicea: cuius nimirum trabes, inſtar vndæ maioris ac ſinuoſæ, voluuntur in æquore ſcuti aureo.

*D'or à la croix baſtonnee de ſable.*



Alia Crux arbori ſimillima; quæ deciſis & decuſſis ramalibus, vndique aſperatur, ſabulo expicta, in aruo eiuſdem aurei metalli, eſt familiæ Berkae in Imperio.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*D'or à la croix breteſſee de ſinople.*



Nec ab ea differt magnopere Crux pra-

praſina, vndique pinnulata, in aureo item ſolo: quæ eſt familiæ SALICETAE, in Vrbe Genuenſi.

*Auguſt. Franſon. in teſſeris gentilit. Nobil. Genuenſ.*

Sunt inſuper ſcapi eius trifidi, & quaſi florent; nunc acutiores & repandi, ita vt lilium referant; nunc omnino teretes.

*De gueulles à la croix fleurettee, ou fleurdeliſee d'or.*



Primi generis eſto Crux aurea, in rubenti parmula, familiæ ALARCONIAE in Hiſpania.

*Alphonſ. Lopes de Haro in Nobil. geneal. Hiſpan.*



Vel Crux punicea, in ſolo ſcuti argenteo, quæ eſt IVLLYORVM in Gallia. Proponuntur autem plurimæ iſtiuſmodi Cruces à Conſaluo Argote, inter teſſeras Bæticæ nobilitatis.

*Marcus Gilbert.*

*Lib. 1.*



*D' azur à la croix fleuronnee d'or.*

Alterius generis eſto Crux, aut aurea, in valuulo luminis cyanei; quæ eſt GADDIORVM Florentiæ.

*Alphonſ. Ciaccon. in Vita, & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*



Aut argentea, cum adiunctis ei biſſenis oblongis laterculis, eiuſdem metalli, in muricata parmula: quæ eſt VILLEQVIERORVM in Gallia.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobilit. Galliæ.*



*De pourpre à la croix bourdonnee d'or.*

Crux alia ſphærulis, ſeu nummis Bizantinis, ad ſcapos præfixa, aureaque, in ſolo ſcuti molochino, refertur

tur

tur à Ioanne Scohierio, inter varia huius typi teſſerarij paradigmata.

*D' argent. à la croix pomettée d'azur.*



Nec omitti hoc loco debet, pomis aut nummulis ternis, ad ſcapos ſingulos, munita crux cyanea, in valuulo ſcuti argenteolo, quæ eſt MANFREDIORVM Lucæ in Ethruria.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Quemadmodum etiam præteriri non debet crux contractior & breuior; quæ nimirum ad parmulæ oram extremam non pertingit.

*D' argent, à la croix raccourcie, coupee, ou à l' aiſee de gueulles.*



Vti punicea Crux, ita vndiq; abſciſſa, in argentei metalli areola; quæ eſt XAINTRAILLESIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Supereſt, vt & de ijs crucibus dicamus, quæ totis fermè ſcapis in longum perfoſsæ, atque incilæ ſunt; ita vt ſcuti area, inſtar nouæ crucis, in medio earum appareat.

*De gueulles à la croix vuidée d'or*



Eſt autẽ ex hoc genere aurea Crux, hoc pacto ſecta introrſum, in valuulo puniceo.

Alia eſt, quæ minore ibi cruce imprimitur, habetque iubar diuerſum, ab area ſibi ſubſtrata:

*De ſinople à la croix d' argent, chargeè d'vn' autre croix de ſable.*



Vti argentea Crux, inuſta minore & nigra cruce, in alueolo coloris praſini.

Alia demum eſt, quodammodo lineis duplaribus repetita; ita vt tres fermè videantur eſſe cruces: ex quibus tertia, quæ eſt medio loco, areæ iubar præſeferat: aliæ duæ conueniant in vno atque eodem, ſeu colore, ſeu metallo.

Eiuſ-

D' azur à la croix reſarcelee d'or.



Marcus Gilbert.

Eiuſmodi Crux aurea, in ſcuti aruo cyaneo, eſt KNOLLESIORVM in Regno magnæ Britanniæ: ſatæ tamen in eodem ſcuti aruo, ſunt paruæ aliæ Cruces aureæ recruciatæ; de quibus ſeorſim erit agendum.

*De ſcutario decuſſi, ac de varia eius figuratione. Cap. XLIX.*

CRVX iam altera offert ſe, quam ſimul dexter ac ſiniſterior balteus formarent; ſi vterque in vmbilico areæ iungerentur.

Crux hæc in decuſſim traiecta, & aurea quidem;

De gueulles au ſautoir d'or.



Marcus Gilbert.

Seu in muricata parmula, eſt BRITAVLTIORVM in Gallia, & RIPHEORVM in Regno magnæ Britanniæ.

D'azur, au ſautoir d'or.



Marcus Gilbert. VVappenbuch

Seu in ſapphirini coloris valuulo, eſt COTTEBRVNIORVM in Burgundia, GVILLONIORVM in Gallia, & PRENGERIORVM in VVeſtphalia.

D' azur au ſautoir d'or cantonné de quattre billetes de meſme.



Inſignia Auratorũ Equitum Spiritus ſancti.

Cum adiectis quaternis oblongis laterculis, perinde aureis, eſt AVBESPINEORVM in Gallia.

Accompagnee de 16. loſanges 4, & 4.



Aut cum ſex ac denis oxygonijs teſſellis, item aureis, quæ nimirum qua-

quaternæ & quaternæ, circa eam diſponantur, eſt BETEZEORVM pariter in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*De ſinople, ou ſautoir d'or.*



Aurea Crux decuſſata, in ſcuti areola virenti, eſt GVISCHEORVM in Gallia.

*Inſignia auratorum Equitū Spiritus ſancti.*

*De gueulles, au ſautoir d'argent.*



Crux eadem argentea, ſeu in ſcuti alueolo conchyliato, eſt BRIGNACHIORVM in Gallia, NEVILLEORVM in Regno magnæ Britanniæ, & Tuderti in Italia RIDOLPHIORVM.

*Marcus Gilbert.*

*Vincentius Fecialis Angliæ.*

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

*D' azur, au ſautoir d'argent.*



Seu in eo valuulo cyaneo, eſt OPPENIORVM in Saxonia.

*VVappenbuch.ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, a totius Germ.*

*De ſable au ſautoir d'argent.*



Seu in ſolo ſcuti ſabuleo, eſt ANGENNESIORVM in Gallia, ASTONIORVM in Regno magnæ Britanniæ, & RAMBOVILLETIORVM iterum in Gallia.

*Io. Guliel. Anglus in tract. rei teſſ.*

*Andreas de Ry in teſſeris Nobilium M.S.*

*D'or, au ſautoir de gueulles.*



Punicea Crux eadem, nunc in ſcuti laterculo aureo, eſt CHINYORVM in Gallia, CHOKIERIORVM in Belgio, HAVSTATIORVM ad Rhenum, HOSEMONTIORVM in Belgio, OSBERGIORVM item ad Rhenum, & rursùs in Belgio SVRLETIORVM.

*Marcus Gilbert.*
*Iacob. Hericourt.*
*VVappenbuch.*
*Iacob. Hericourt.*
*VVappenbuch.*

*D'argent, au ſautoir de gueulles.*



Nunc in eo ſcuti laterculo argenteo, eſt tum ESTVERIORVM in Aremoricis, tum HOSEMONTIORVM DE FLEMALLE in Belgio.

*Marcus Gilbert.*

*Iacob. Henricourtius in ſpeculo nobilitatis Hasban.*

*Fache d'or, & d'azur, à huict pieces, au ſautoir de gueulles, brochant ſur le tout*



Nūc in parmula virgata, faſcijs octonis, partim aureis, partim verò cyaneis, eſt BEVRESIORVM GRANDPREORVM pariter in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*D'argent, à vne fache d'azur, au ſautoir de gueulles.*



Nunc in ſolo ſcuti argenteo, faſcia cyanea ſuccincto, eſt GRAINBERGVESIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*D'or, au ſautoir d'azur.*



Cyanea Crux adſimilis, in ſcuti valuulo aureo, eſt BLANETTEORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Et cum ea faſcia Cruci ſuperpoſita, eſt MASDEDEORVM item in Gallia.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum Nobilium Galliæ.*

*D'or, au ſautoir de ſable.*



Crux hæc nigella, ſeu in aurata parmula, eſt FRESNOYORVM in Gallia, & COCHINCOVRTIORVM in Belgio.

*Marcus Gilbert.*

*Iacob. Hericourt.*

Seu

D'argent,au ſautoir de ſable.



Seu in parmula argentata, eſt PARTENAYORVM DE MAILLE in Gallia, & Florentiæ in Ethruria SANZANOBIORVM. Marcus Gilbert. Vincent.Borghin. de famil.Florent.

Sed interdum hæc decuſsata Crux, variat etiam ipſa iubar introrſum,

D'azur, au ſautoir vuidè d'or.



Seu cum, velut perfoſſa, reddit ipſummet areæ colorem; vti Crux aurea, in ſcuti area cærulea.

Seu cum, veluti Cruce alia exiliore, imprimitur,

De gueulles, au ſautoir d'or chargè d'vn' autre ſautoir d'argent.



Vti aurea Crux, minore argentea Cruce inuſta, in ſolo parmulæ rubeſcenti: quæ eſt ANDREVVESIORVM in Regno magnæ Britanniæ. Io.Guilelm.Angl.

Fit etiam breuior decuſſis; aut quia cis coronidem ſcutariam exaratur.



Vti puniceus ac fluens, ex ea coronide concolori, in parmula auro conſtrata; quæ eſt BRVSEORVM in Scotia. Idem.

De gueulles au ſautoir coupè d'or



Seu quãdo in tota quidem area eſt, ſed ab omni parte interciſus: cuiuſmodi aureus decuſſis & abſciſſus, in parmula oſtro illuſa, eſt LANDIORVM in Hiſpania. M.S.ex Muſæis Romanis. Aureus verò, in valuulo ſcuti argenteolo, eſt GREFENIORVM in Miſnia. VVappenbuch,ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.

Ad hæc proponitur, inter exempla, ab Ioanne Scohierio,



Seu liliatus decuſſis aureus, in ſcuti valuulo atro;



Seu trunco ſimilis, & vtrimque aſperatus, ac praſinus, in aruo ſcuti argenteo.

At qui ſtriatim criſpatur, eſt paulò frequentior.



Vti coccineus decuſſis canaliculatus, in aureo ſcuti alueolo: atque is eſt familiæ CHARCEMONTIAE in Gallia:

*Andreas de Ryet.*

cui tamen adijciunt aliqui, liba quatuor coloris cyanei.



Vel ſtriatus argenteus decuſſis, præferens ſcutulum aureolum, Cruce punicea impreſſum, in parmula omnino atra; quæ eſt MORISEORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Gulielm. Angl. in tract. rei teſſer.*



Ordinarius tamen, & puniceus decuſſis, teſſeris quinque Luſitanicis inuſtus, in valuulo ſcuti argenteolo, eſt DVCVM BRAGANTIAE in Luſitania, cum adpicto ſcutulis margine puniceo, caſtellis ſeptenis aureis turrito.

*Io Iacob. Chiffletius in teſſeris Equitum Vell. aur.*

Alio-



Alioquin icon gentilitia familiæ Portvgaliae in Hiſpania, in decuſſim ſcutula ſolùm quina, teſſeræ Luſitanicæ, diſtribuit.

*Alphonſ. Lopes de Haro in Nobiliario genealogico Hiſpaniæ.*

*Au ſautoir echiequetté.*



Denique decuſſis ſcutulatus, duplici ſerie teſſellarum, ex argento atque oſtro, ſupra inſtitam atram, in aureo ſcuti alueolo, eſt Isselsteiniorvm in Germania.

*Io. Iacob. Chifflet.*

## *De Cruculis, & vario earum vſu.* *Cap. L.*

Solitariae quidem hæ minores Cruces; nunc in ſcutario apice reperiuntur.



Cuiuſmodi ſunt, aut Crux ordinaria punicea, in eo apice argenteolo, cum punicea cetera ſcuti regione; quam balteus adſtringit, argento & cyano, triplici ſerie, ſcutulatus: atque hoc eſt gentilium ſtemma Cyborvm in Vrbe Genuenſi.

*Auguſtin, Franſon. in teſſer. gentilit. Nobil. Gen.*



Aut decuſſis argenteolus & ſtriatus, in coronide ſcutaria punicea, cum area ſcuti aurea, palis cyaneis ternis exarata: quæ eſt teſsera Blanckavviorvm in Belgio.

*Iacob. Hĕricour.*

Nunc in vna ex vacerris ſcutarijs ea Crux fulget.



Vti nigella Crux, in aurea vacerra priore ſcuti, quater auro & praſino lemniſcati, quæ eſt MARTINOZIORVM Venetijs. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



Vel Crux punicea in priore, ex vacerris tribus argenteolis, impreſſis parmulæ conchyliata; quæ eſt GRIMANIORVM pariter Venetijs. *Eadem.*



Sed quaternæ aureæ minutę Cruces, cum repetitis ad ſcapos earum cruculis, & diſtributæ in tetrantes cyaneos, circa ſimplicem Crucem argenteolam, ſunt BLAINVILLEORVM in Gallia. *Andreas de Ryes.*

*Croix recroiſetées au pied fiché*



Senæ adſimiles Cruces ex argento, circa balteum ex eodem metallo, in muricata parmula, cum cuſpide tamen, ad imum ſcapum earum, ſunt ARRONDELIORVM, & HOVVARDIORVM, in Regno magnę Britannię. *Vincentius Becialis Angliæ.*



Totidem, nec forma metallouè abſimiles, circa faſciam eiuſdem luminis, in ſcuti area concolori, ſunt TYRELIORVM in Gallia. *Andreas de Cheſne in Hiſtor. fam. nobil. Galliæ.*

Octo-



Octonæ aureæ, item recruciatæ & cuſpidatæ, circa ſcutulum argenteolum, in cæſij luminis valuulo, ſunt BREHEORVM pariter in Gallia.

*Andreas de Ryet*



Nouenæ coloris praſini, expictæ in ſcutulis nouenis argenteis, intra parmulam luminis punicei, ſunt MOREYRAE familiæ in Luſitania.

*A.S. ex Muſæis ...manis.*



Quindenæ, in pinnulis quinque trigonijs.



Seu atris, cum argento in alijs pinnulis, ſunt ENGHIENIORVM in Gallia.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobiliũ Galliæ.*



Seu in eiſdem puniceis, ſunt HAVRECHIORVM in Belgio.

*Iacob. Hëricourt.*



Vicenæ ſimiles, (niſi quod careant ima cuſpide) circa auratam Crucem, in alueolo ſapphirini coloris, ſunt BOVLLANTIORVM, & HEVFALISZORVM item in Belgio.

*Idem.*

Demũ hę cruculę, ſatæ ſine numero,

Aut



Aut aureæ, in cyaneo ſcuti valuulo, ſunt familiæ NOVIAE in Belgio.

*Iacob. Hericourt. in ſpeculo nobilit. Hasbanicæ.*



Aut puniceæ, in eo valuulo argenteolo, ſunt familiæ CAVALCANTIAE Florentiæ.

*Vincent Borghin. de famil. Florent.*



Aut atræ, in ſolo eiuſdem metalli, fuere ibidem PETRIBONIORVM.

*Idem.*

Atque hęc de multis ſufficiant; vt in comperto ſit; frequenter inornari conſueuiſſe Heroum, & Nobilium teſſeras, eo triumphali ſigno; in quo victoriæ certum omen, voce diuinitùs lapſa, olim de Cœlo, Chriſtianus Imperator accepit.

## *De ſcutario vellere petaſite. Cap. LI.*

ALVTAE ſcutariæ genus illud, quod aut petaſis, aut cymbalis eſt ſimile, fit candicantibus villis, loco areæ vel ſoli; cyaneis verò præterea nolulis, ſeu galericulis imprimitur, loco figuræ vel typi teſſerarij. Aliter ſi prodire oporteat hoc vellus ſymbolicum; tunc neceſſe eſt ſingillatim exprimere, quænam eius ſint lumina; ideoque à Fecialibus, illud quidem ordinarium vellus petaſite, & hoc vellus petaſite compoſitum appellatur.

Ordines etiam, ſeu ductus macularum, ſi nihil quidquam in deſcriptione ipſa peculiariter addatur, eſſe quaterni ſolent: ſecùs exprimi limites debent; quando aut minutiores petaſi, aut grandiores figurantur: habentque tam ij, quàm illi vocabula propria; quæ à nobis, claritatis cauſa, ſuo loco adſcribentur.



*Vairé à l'ordinaire*

Teſ-

Teſseram ita pellitam, hoc eſt villis candicantibus, vt dixi, & muſcarijs cyaneis deſcriptam, quadruplici ſerie, habent LOHEACII in Gallia, SOLDANERII Florentiæ, TRAINELII rursùs in Gallia, VARAXII in Belgio, familia DE VERA in Hiſpania; atque VGHI Florentiæ.

*Marcus Gilbert.* *Vincent. Borghin. de famil. Florent.* *Io. Iacob. Chifflet.* *M. S. ex Muſais Romanis.*

*Gallicè Befrey.*



*Menu vair de cinque traict.*



At petaſi decumani & grandiores, nempe trium limitum, ſunt in Gallia familiæ de MORGENE.

*Philibert. Monet.*

Hoc autem vellere ſcutario, inſtructę parmulę gentilitię, nonnumquam imprimuntur etiam alijs typis; & tunc obeunt vices areæ.



Quinque limitum hos petaſos gerũt in Belgio VILLERII, & VVAROVXII.

*Iacob. Hericourt.*

*Menu vair de ſix traict.*



Sex autem limitum eos habent AVVANSII, & LEXHII perinde in Belgio.

*Idem.*

Vti parmula, impreſsa vellere cymbalite, quinque limitum, & balteo puniceo præcincta; quæ eſt VIORGNEORVM in Belgio.

*Iacob. Héricourt.*



*Iacob Hēriçourt. in ſpeculo nobilit. Hasbanica.*

Aut inuſta puniceo cantherio ; eſt autem Lavveriorvm, & Slessiniorvm pariter in Belgio.

*Vairé, à deux cheurons de gueulles.*



*Marcus Gilbert.*

Cum eo deinde cantherio repetito, eſt Moreavmeorvm in Gallia.



*Iacob. Hēricourt.*

Cum punicea Cruce, eſt Chrisegnieorvm in Belgio.

Ad hæc poſſunt hæ alutæ ſymbolicæ, partem areæ dumtaxat, veſtire, Ita ſcuti area, ab ſummo dirempta ;

*Vayré party de gueulles.*



Et à dextris quidem hoc vellere ordinario imbuta, oſtroque à ſiniſtris illuſa, eſt Rochefortiorvm Vavdragoniorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



A dextris aurea, & à ſiniſtris ornata petaſis ſex limitum, eſt Senæ in Ethruria familiæ Fortegverrae.

*Andreas de Ryet.*

*De vair. eſcartelé de gueulles.*



Parmula quadripartita, tum hoc vellere cymbalite, tum colore puniceo, eſt familiæ De Varras in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Referta petaſis area, coronide tenus, quæ ſit punicea;

Seu



*Andreas de Ryot. in teſſer. Nobil. M. S.*

Seu quinque limitum, eſt ESPERNONAE familiæ in Gallia.



*Philibert. Monet.*

Seu limitum ſex, ibidem eſt NAGARETSIORVM.



*Iacob. Hericourt.*

Seu totidem limitum, cum angulo dextero, ſcutarij capitis pariter coccineo, eſt BERNAMONTIAE familiæ in Belgio.



*Idem.* *Marc. Gilbertus.*

Balteus deinde ex his petaſis, ſeu in parmula omnino punicea, eſt IOVPRELLEORVM item in Belgio, & TROVSSEAVIORVM in Gallia.



*Io. Gulielm. Angl. in tract. rei teſſer.*

Seu in eadem parmula, argento & oſtro quadripartita, eſt SACVVILLEORVM, in Regno magnæ Britanniæ.



*Bandè de gueulles & de vair de ſix pieces.*

*Io. Iacob. Chifflet.*

Seu baltei ſex, partim punicei, partim his teſſerarijs galericulis reſperſi; atque hi ſunt in Belgio familiæ LONGVEVALIS.

*Coupè de gueulles & d'or à la barre de vair.*



Seu balteus læuus candicans, & petaſis cyaneis tribus impreſſus, in parmula ex tranſuerſo dirempta, & ſupernè punicea, infernè aurea: atque hic eſt BERNIORVM ad Rhenum.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*De gueulles à trois paux de vair, au chef d'or.*



Ad hęc pali tres ex ijs petaſis, in parmula muricata, cum aureo ſcutario apice, ſunt CHASTILLONEAE familiæ in Gallia.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobil. Galliæ.*



Cum ſolo autem angulo, eiuſdē ſcu-

tarij apicis aureo, ſunt RIVERYORVM item in Gallia.

*Adrian. Morliere in lib. Antiquit. Ambian.*



Totidem pali, cum adſimili apice, ſed in parmula coloris praſini, ſunt BOVESIORVM in Gallia.

*Idem.*

*Fachè de vair, & de gueulles de ſix pieces.*



Præterea pellitæ faſcię tres, ex his galericolis, & totidem conchyliatis, ſunt BERLAYMONTIORVM in Belgio, & COVCYORVM in Gallia.

*Io. Iacob. Chifflet.*

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. fam. nobil. Galliæ.*



Capreoli tres, ex ijſdem petaſis, in

mu-

*Marcus Gilbert.*

muricata parmula, ſunt AMBIANI inſignia in Gallia.



*Philibert. Monet. in praxi rei teſſ.*

Pinnulæ trigoniæ, ex oſtro tres, ac totidem ex vellere cymbalite, ſunt BELLEVILLEORVM in Gallia.

*Gironnè de vair & de gueulles de douze pieces.*



*Marcus Gilbert.*

Aut Pinnulæ trigoniæ biſsenę, ex eadem aluta oſtroque, ſunt potius eorumdem BELLEVILLEORVM in Gallia.

Offerunt ſe etiam ex ijs petaſis Cruces teſſerariæ.



*Philibert. Monet. in praxi rei teſſ.*

Vti ordinaria Crux, in areola virenti; quæ fuit EGINARDI Galliæ Cancellarij.



*Idem.*

*Inſignia Auratorũ Equitum Spiritus ſancti.*

Aut Crux anchorata, in ſcuti valuulo puniceo, quæ eſt NANZAEI teſſera; & icon gentilitia familiæ A CHASTRE in Gallia.



Aut Crux decuſſata, in eiuſdem coloris alueolo; quæ à Ioanne Gulielmo Anglo ita figuratur.

Sed & ſcutariæ plinthides pariter fiunt ex ijs petaſis;

*De gueulles à ſept loſanges de vair, 3.3. 1.*



Vti ſeptenæ, inuicem nexæ, in parmula oſtro illuſa; & ſunt Bvrgiorvm in Regno magnæ Britanniæ. *Marc. Gilbertus.*

Atque adeo fiunt ex eis ſcutulæ, hoc eſt quadræ teſsellæ maiores,



Vti ſeptenæ, ſeu cum octonis alijs auratis, in ſtemmate Velaschiorvm in Hiſpania, *Alphonſ. Lopes de Haro, in Nobiliario genealogico Hiſpaniæ.*



Seu cum octonis alijs muricatis, & ſunt Qviñoniorvm item in Hiſpania. *Idem.*

Interdum ij petaſi ſymbolici certo ſunt numero adſtricti,



Vt noueni, partim in ſupera, partim in media, & partim in ima ſcuti regione, cum interpoſita, ſecundo loco, inſtita metalli aureoli. Quæ eſt teſseraria icon familiæ A Boscho, & familiæ Al Elderen in Belgio. *Iacob. Hëricourt, in ſpeculo nobilit. Haſbanicæ.*

Quin imo inuerſa, & ſimul obliquè ordinata hæc cymbala ſcutaria inueniuntur; illa quidem in dextero, hæc in læuo ſemiſse, cum adiecto eis cantherio puniceo:



Sunt autem familiæ Sanseillae in Belgio. *Idem.*

*Vairè contre vairè.*



Sibi autem inuicem obuerſi petaſi, aut in ſcuti pagina vniuerſa, ſunt PLESSIORVM ANGERIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*

*De gueulles à la croix vairèe contre vairèe.*



Aut in Cruce, ſignante puniceam ſcuti aream, referuntur à Philiberto Monetio, in praxi rei teſſerariæ.

Ceterùm in hoc vellere petaſite, variantur, vt dixi, aut villi aliquando, aut muſcaria, aut etiam vtraque ſimul.

*Vair composè d'or, & d'azur.*



Prior variatio eſt, in gentilitia icone BONNIEREORVM, BVINESIORVM, & HAMESIORVM in Gallia; quæ componitur ex petaſis cyaneis, in vellere aureo. *Marcus Gilbert.*



Ijdem petaſi, quinque limitum, cum ſubſtrato eis auro, ſunt ROCHFORTIORVM in Regno magnæ Britanniæ. *Io.Guliel. Anglus in tract. rei teſſer.*



Septem limitum, ſunt GVYNEORVM in Gallia, & Neapoli AFFLICTORVM. *Andreas de Ryet in teſſeris Nobilium M.S.*

*M.S. ex Muſæis Romanis.*

*Befroy composè d'or & d azur.*



Trium

Trium verò limitum petaſi grandiores ac decumani, in parmula ex auro villoſa, ſunt familiæ AVBETERRAE in Gallia.

*Philibert. Monet.*



Item ex petaſis cyaneis, aureoque vellere, balteus ſuccinctus laciniolis puniceis, in aurata parmula, eſt BOVVIERORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Guliel. Angl.*



Tres verò ex eis inſtitæ, iunctæ totidem alijs inſtitis aureolis, ſunt in Vrbe Roma, familiæ MIGNANELLAE.

*Alphonſ. Ciaccon. in Vita, & Rebus geſtis Pontificum, & Cardinalium.*



Atque adeo, oppoſiti petaſi cyanei, ſex limitum, pariter in vellere aureo, ſunt HAMMESIORVM in Belgio. Altera eorum variatio eſt, in vellere quidem argenteo, ſed cum galericulis.

*Io. Scohier in geneal. Croyæ fam.*



*Vaire d' argent, & de gueulles.*

Aut puniceis, ex quibus conſtat parmula gentilitia NIVELLEORVM in Belgio.

*Iacob Hemricourtius in ſpeculo nobilitatis Hasbanæ.*



*Vaire d' argent & de ſinople, à la croix de gueulles.*

Aut cum eis galericulis praſinis, adiectaq;

iectaq; ipſis Cruce punicea;in ſtemmate BOVLTEVILEORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Aut cum galericulis ianthinis, in ſchemate GRVTELEORVM in Gallia. *Philibert. Monet. in praxi rei teſſ.*



Aut cum eiſdem atris, & ſuperpoſito eis dextero tetrante puniceo; in parmula ſymbolica ESTANTONIORVM, in Regno magnæ Britanniæ. *Io. Gulielm. Angl.*

Tertia, hoc eſt vltima, in villis pariter atq; muſcarijs variatio ſe offert;



Tum in petaſis praſinis, quinque limitum, ſupra vellus auratum, cum tænia punicea medio loco interiecta. Quæ eſt teſſera DVFFIELDTIORVM, in Regno magnæ Britanniæ. *Idem.*



Tum in petaſis puniceis, limitum ſex, ſupra vellus perinde auratum. Quæ icon ſcutaria eſt BAVFFREMONTIORVM, & CASSENELEORVM in Gallia. *Io. Iacob. Chifflet. Andreas de Chesne in Histor. fam. nobil. Galliæ.*



Tum in ſcutulis inſititijs tribus, quæ inſtitis ſex, partim eodem modo petaſatis, partim muricatis exarantur, in ſcuti maioris laterculo aureo. Hoc autem eſt ſchema MOVNCHENSEYORVM, in Regno magnæ Britanniæ. *Io. Guliel. Anglus in tract. rei teſſ.*

## *De Hermionico Vellere.*
## *Cap. LII.*

EXVVIAE Pontici muris, candidæ quidem ſuomet ingenio, ſed ſparſæ muſcarijs atris, ſunt alutę ſcutariæ alterũ genus, quod iam proſequemur.

Veſtiunt vellera hæc hermionica, aut parmulam vniuerſam, abſque alio ſchemate eis addito.

*D'hermines.*



Atque ea teſſera eſt DVGVM AREMORICORVM in Gallia, & prætèrea ibidem COAGNEORVM, SANMARTINORVM in Belgio, & rursùs in Gallia PONTHEVREORVM, ac VORREORVM.

*Io. Iacob. Chiffletius in teſſeris Equitum Vell. aur.*
*Marcus Gilbert.*
*Iacob. Hëricourt.*
*Amdreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobil. Galliæ.*



At cum ſupero angulo dextero argenteo, in quo ſit cantheriolus puniceus, eſt MIDLETONIORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Gulielm Angl. in trac. rei teſſeraria.*



Cum tetrante ibidem, qui ſit auro & cyano ſcutulatus, quadruplici ſerie, atque oſtro inſuper prætextatus, fuit IOANNIS PRIMI DVCIS AREMORICORVM.

*Philbert. Monet. in praxi rei teſſ.*



Cum ea prætexta punicea, circa totum ſcuti alueolum, eſt VICECOMITIS LEMOVICENSIS.

*Marcus Gilbert.*



Cum ordinaria coronide punicea, eſt BOVBAIXIORVM, GOVSSACOVRTIORVM.

*Io. Iacob. Chifflet.*
*Marcus Gilbert.*

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum Nobilium Galliæ.* RVM, & VIVONNEORVM in Gallia.



Cum eadem coronide denticulata, *Iacob. Hericourt.* eſt MORTAINYORVM in Belgio, & *Marc. Gilbertus.* MORTONORVM in Regno magnæ Britanniæ.



*Iacob. Hericourt.* Cum faſcia cyanea, eſt OPPLEVVESIORVM in Belgio.



*Marcus Gilbert.* Cum eadem punicea, eſt THIEBONVILLEORVM in Gallia: & ſi addantur tria liba punicea, eſt pariter in Gallia SILLYORVM. *Idem.*



Cum geminata ea faſcia punicea, eſt CORSVVAREMIORVM in Belgio. *Iacob. Hericourt.*



*D' hermines à deux faches de gueulles frettees d'or.*

Cum clathris auratis, vtrique faſciæ impreſſis, eſt SAINCT-MARCOVIORVM *Marcus Gilbert* in Gallia.



Cum faſcia punicea, tertiò repetita, eſt ROSTRENANEORVM item in *Idem.* Gallia.





*Marcus Gilbert.*
*Iacob. Hēricourt.*

Cum puniceo balteo, eſt DESTAPLESIORVM in Gallia, & STAVELEORVM in Belgio.

*Iacob. Hēricourt. in ſpeculo nobilit. Hasbanicæ.*

Cum faſcia conſerta, ex teſſerarijs fuſis coccineis, eſt VOORNEORVM in Belgio.





*Idem.*

Cum eodem balteo, laciniolis concoloribus ſuccincto, eſt CEILLESIORVM in Belgio;

*Marcus Gilbert.*

Cum puniceo ſcutulo aſcititio, eſt HVLCREVEORVM in Regno magnæ Britanniæ.





*Io. Gulielm. Angl. in tract. rei teſſer.*

Vel cum ſolis ijs laciniolis, balteouè perfoſſo atque adaperto, eſt IRETONIORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Idem.*

Cum capreolis ſcutarijs tribus puniceis, eſt PLESSI-PATEORVM, & PLOEVCIORVM in Gallia.

*' hermines à ois cheurons, lē emier & le ern:er de ſable, ſecond de eulles.*



Cum capreolis totidem, ex quibus primus & poſtremus atri ſint, medius verò puniceus, eſt GALLOTIORVM in Gallia.

*Marc. Gilbertus.*



Cum Cruce punicea, quæ ſit inuſta intùs alia Cruce argenteola, eſt MALIONIORVM, in Regno magnæ Britanniæ.

*Idem.*



Cum punicea Cruce, eſt familiæ SANCTAE ALDEGVNDIS in Belgio.

*Io. Iacob. Chifflet.*



Cum decuſsata Cruce punicea, eſt SANETAYORVM in Galiia.

*Marcus Gilbert.*



Cum ea Cruce ſtriata, eſt NORVOODIORVM in Regno magnę Britannię.

*Io. Guliel. Anglus in tract. rei teſſer.*

*D'hermines fretté d'azur.*



Cum cyaneis clathris, eſt ibidem PLORETIORVM.

*Marcus Gilbert.*

Sed eſt quoque murina hęc diphthera,

Nunc



Nunc in imo ſemiſſe, ſcuti ab latere interſecti, & ſupernè punicei (cum tigillo argenteo tamen ibidem quinquies d ntato) quæ teſſera eſt BETFIELDORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Guliel. Anglus.*



Nunc in ſemiſſe læuo, cum dextero ſemiſſe puniceo: atque eſt BAISSEVLORVM in Gallia.

*Inſignia Auratorũ Equitum Spiritus ſancti.*



Nunc in ſupero atque imo tetrante, ſcuti diagonia partitione quadripartiti, & ad dexteram læuamque punicei: quæ icon gentilitia eſt KESTVVOLDIORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Guliel. Anglus*



Nunc in ſola coronide ſcutaria; cum cetera parmulæ regione punicea. Quod ſtemma ſymbolicum eſt GAVILLEORVM DE IAVERSIO in Gallia; & ibidem etiam NEVFVILLEORVM (ſi nummi tres aurei Bizantini tamen, oſtro huius ſecundæ parmulæ imprimantur) atque in Belgio SELLESIORVM.

*Marcus Gilbert.*
*Idem.*
*Io. Scohier in genealogia Croyæ familiæ.*



Nunc in ea coronide, ternis puniceis vacerris inuſta, cum parmulæ ima regione auro conſtrata; atque hoc ſchema eſt MELDERTIORVM in Belgio.

*Iacob. Hericourt. in ſpeculo nobilit. Hasbanicæ.*

Videas etiam quandoque, ex hoc vellere hermionico, dumtaxat aut angu-

angulos ſuperos, aut ſuperos tetrantes.

*. franc canton hermines.*



Vt pellitus angulus quidem, vel in ſcuti area, palis aureis cyaneisque ſexiès virgata: quæ teſſera eſt SHIRLEYORVM in Regno magnæ Britãniæ. *. Gulielmus.*



Vel in ſcuti area punicea, ſenis rhõbis, anguloſo foramine pertuſis impreſſa: eſt autem icon ſymbolica FERRERSIORVM pariter in Regno magnæ Britanniæ. *lem.*



Vel in ea, octonis pinnulis trigonijs, aureis cyaneisque, deſcripta: quod ſchema eſt OKTONIORVM item in Regno magnæ Britanniæ. *Idem.*



Vel in aurata parmula, cum dentato apice ſcutario puniceo: quæ eſt BVSSETIORVM NORMANVILLEORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Vel in parmula item aurata, ſed exarata ternis faſcijs atris; quæ in Gallia eſt AVEROVLTIORVM. *Idem.*

*Au frãc quartier d'hermines.*



Pel-

Pellitus verò tetrans, vel areæ ſymbolicæ, perinde aureæ, ſed vacerris puniceis tribus lemniſcatæ, eſt Dvfleorvm in Gallia. *Philibert. Monet.*



Vel eiuſdem areæ, auro & ſabulo ſcutulatæ, ductibus nouenis, eſt Digoineorvm in Gallia. *Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobiliũ Galliæ.*



Vel eius etiam ſcutulatæ, auro & cyano, ductibus octonis, cum coccineo margine: eſt Drevxiorvm in Gallia. *Idem.*

Sunt deinde villoſæ faſciæ, paliq; ac baltei: Vti villoſa faſcia hermionica,



*A la fache d'hermines.*

Vel in ſcuti valuulo muricato; quæ eſt familiæ La Chapelle, *Marcus Gilbert.*



Vel in eo valuulo cyaneo; atque eſt Veilhetiorvm in Belgio. *Iacob. Hemricourtius in ſpeculo nobilitatis Hasban.*



Vel in eo ſcuti valuulo praſino; atq; eſt Genovilleorvm, & Ognieorvm in Gallia; cum tribus aureis nummis Bizantinis; *Marcus Gilbert.*

Eſt



*Iacob. Hëricourt.*

Eſt familiæ de Anthino, perinde in Belgio.



*Marc. Gilbertus.*
*Iacob. Hëricourt.*

Vel hermionicæ faſciæ duæ, in parmula conchyliata; quæ eſt Beavmesniliorvm in Gallia, & Fresiniorvm in Belgio.



*M. S. ex Muſæis Romanis.*
*Marcus Gilbert.*

Vel in adſimili parmula, faſciæ hermionicæ tres; ac ſunt Gvdielesiorvm in Hiſpania, & Rvaisiorvm in Gallia.



*Faché d'hermines, & de vair de ſix pièces.*

Vel totidem faſcię hermionicæ, iunctæ alternatim faſcijs tribus petalatis: ſunt autem Rochetessoniorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



*A la bande d'hermines.*

Ad hæc balteus, ex murina diphthera: vel in muricata parmula, quæ eſt Chalongeorvm in Aremoricis, & Hemricovrtiorvm in Belgio.

*Idem.*
*Iacob. Hëricourt.*



*De gueulles à trois faſces d'or, à la bande, d'hermines brochãt ſur le tout.*

Vel in parmula muricata quidem,

Oo ſed